Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0002-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0004-2

1711.

1. Altmannus, Christianus: De senio eruditorum
2. Barthius, Jo. Christian: De erroribus conscientiae.
3. Hilliger, Sigismundus Gottlieb: De jure et modis testem renitentem legitime compellendi
4. Jacobi, Jo. Daniel: De foederibus veterum per dissectionem animalium factis.
5 Kampmueller, Gottfr.: De asylis pontificiorum.
6. Krug, Joann.: De obligatione decori.
7 a–c Kuestner, Gottfridus Wilhelmus: De menstrua et annali praescriptione literarum cambialium occasione §§ 32 Ord. Camb. Lips. 3 Exempl. 1711, 1717 u. 1740.
8 a–b Leonhardi, Jo. Christ.: De armatura et apparatu hodiernae militiae 2 Exempl.
9. Mencken, Gottfridus Ludovicus: Controversiarum juris selectarum decas I.

1701.

10 Menz, Fridericus: Normam actionum humanarum in societate improprie dici legem naturae, asseritur

11a. vl Pomkau, Georgius: De conditione privata statuum imperii 2 Exempl.

12. Reckenberg, Carl. Otto: Programma, quo ad orationem ‡ novae professionis juris naturae et gentium . . . invitat.

13. Reckenberg, Carl. Otto: De norma legum justarum et injustis discernendarum.

14a. b Stiglitz, Ivan. Conradus: De eo, quod uxores in praejudicium maritorum facere possunt.
2 Exempl. 1711 ; 1742.

15. Teutscher, Jo. Gotthardus: De pluribus

1711

16. Troppanneger, Jo. Frid: De dote non promissa praestanda.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0008-4

DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

# MENSTRUA ET ANNALI PRÆSCRIPTIONE LITERARUM CAMBIALIUM,

*Occaſione §. XXXII. Ord. Camb. Lipſ.*

QUAM

*EX DECRETO*

*MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS*

IN ACADEMIA LIPSIENSI

## PRO LICENTIA,

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES

CAPESSENDI

*AD DIEM XXIX. OCTOBR. ANNO M DCC XI.*

PUBLICÆ AC SOLENNI DISQUISITIONI

SUBMITTET

GOTTFRIDUS WILHELMUS KÜSTNER,

*LIPS.*

---

TYPIS FLEISCHERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0009-3

# SUMMARIA.

*§. I. Finis præſcriptionis oſtenditur. §. II. In cambiis præſcriptionis*
*tempus plerumque coarctatur. §. III. In Gallia cambiis præſcribitur quin-*
*quennio. §. IV. Lugduni in Gallia cambia pro ſolutis habentur ſub di-*
*ſtinctione anni vel trium annorum. §. V. Genuæ quadriennium definitum*
*fuit. §. VI. In Ord. Camb. Lipſ. intuitu præſcriptionis diſtingvitur inter*
*literas cambiales proprias & traſſatas. §. VII. Ad exemplum Statuti*
*Lipſ. idem Geduni diſpoſitum fuit. §. VIII. Eodem fere termino rigor*
*cambialis in Ducatu Magdeburgico exſpirat. §. IX. Argumentum §. 32.*
*Ord. Camb. Lipſ. oſtenditur. §. X. De Voce cambii & præſcriptionis*
*remisſive agitur. §. XI. In traſſatis literis ſpatium quatuor ſepti-*
*manarum locum non obtinet inter Traſſantem & Præſentantem. §. XII.*
*Nec pertinet Statuti Lipſ. diſpoſitio, dum negotium verſetur inter Traſſan-*
*tem & Traſſatum. §. XIII. Sed reſtringendum eſt dictum jus, cum Præ-*
*ſentans agit contra Acceptantem. §. XIV. Ex propriis cambiis agere licet*
*cum effectu intra annum Saxonicum. §. XV. Quæ annua præſcriptio et-*
*iam obtinet in cambiis per indoſſamentum transportatis. §. XVI. Ex-*
*ceptio facta fuit in hæredibus, quibus biennium competit. §. XVII. Sub*
*voce hæredum majorennes & minorennes comprehenduntur. §. XVIII.*
*Piis cauſis quoque ſubvenitur per præſcriptionem biennii. §. XIX. Præſcriptio*
*cambiorum Statuto Lipſ. introducta in extraneo judicio non obtinet.*
*§. XX. Præcipue ad Mercatores aliosque ejusdem conditionis hoc jus appli-*
*candum eſt. §. XXI. Sufficit tamen Reum eſſe Mercatorem. §. XXII.*
*Cum neque Actor neque Reus ſint Mercatores, dicta præſcriptio ceſſat. §.*
*XXIII. Quid obtineat Arreſtatorio Reſcripto ex literis cambialibus præſcri-*
*ptis obtento, ubi adducitur præjudicium Scabin. Lipſ. §. XXIV. Quid dicto*
*caſu Wittebergenſ. Facultas ſentiat, recenſetur. §. XXV. Ord. Camb.*
*Lipſ diſpoſitio applicari nequit ad forenſes & extraneos. §. XXVI. An ex-*
*ceptio præſcriptionis opponi poteſt a mercatore jurisdictioni Senatus exem-*
*to? §. XXVII. Cambium propter præſcriptionem omnem plane amittit vim*
*obligandi. § XXVIII. Nec in Proceſſu Ordinario tale cambium adminiculum*
*præſtat. §. XXIX. Non obſtante præſcriptione via ordinaria adhuc proce-*
*dere licet. §. XXX. In Gallia cambio præſcripto juramenti delatio admit-*
*titur.*

*titur. §. XXXI. Cambium præſcriptum in libello inducere licet. §. XXXII. Ut interrumpatur præſcriptio, cambio producto, judici libellus offerri debet. §. XXXIII. Judex hoc caſu præſcriptionis exceptionem ex officio ſupplere nequit. §. XXXIV. An exceptio præſcriptionis pro dividua aut pro individua ſit habenda? §. XXXV. Cum cambium ſubſcriptum ſit ab erudito & mercatore, ille exceptione diviſionis, mercatore propter præſcriptionem liberato, utitur. §. XXXVI. An clauſula hypothecaria adjecta, elapſo anno, actio hypothecaria adhuc inſtitui poſſit? §. XXXVII. An rejecto libello præſcripto pro interrupta ſit habenda? §. XXXVIII. Rigor §. 32. Ord. Camb. Lipſ. extendi nequit ad inſtrumenta juxta rigorem cambialem concepta. §. XXXIX. Recognitione cambii præſcripti eventualiter facta, Reus nihilominus abſolvitur. §. XL. Literis cambialibus præſcriptis præceptum de non exſolvendo locum non habet. §. XLI. Terminus præſcriptionis in cambiis initium capit a tempore ſolutionis; Aliter tamen ſe res habet in cambiis a Uſo &c. §. XLII. De Termino præſcriptionibus a quo in cambiis nundinalibus. §. XLIII. Quomodo currat fatale præſcriptionis nundinis prorogatis. §. XLIV. Die ſolutionis prorogato præſcriptio ab hoc die finito currit. §. XLV. Dilatione propter certas literas cambiales conceſſa in iis ſolis prorogatus ſolutionis terminus eſt attendendus. §. XLVI. In prolongato cambio termini prolongationis ratio eſt habenda. §. XLVII. Nullo certo ſolutionis die expreſſo, nulla currit præſcriptio. §. XLVIII. Mala fides non impedit hanc præſcriptionem. §. XLIX. Proteſtationem interrumpere præſcriptionem quidam aſſerunt. L. Sed contraria ſententia defenditur. §. LI. Currit etiam præſcriptio Reſcripto moratorio impetrato. §. LII Semel producto cambio cum libello Arreſtatorio non opus eſt reſervatione. §. LIII. Recognitione cambii facta actio fit perpetua. §. LIV. Noſtra præſcriptio reſtringitur ad cives Lipſ. mercatores. §. LV. Partialis ſolutio præſcriptionem non interrumpit. §. LVI. Literæ cambiales præſcriptæ compenſationi non inſerviunt. §. LVII. Exceptioni præſcriptionis renunciari poteſt. §. LIIX.*

*Concluſio.*

J. N. J.

# DE MENSTRUA ET ANNALI PRÆSCRIPTIONE LITERARUM CAMBIALIUM

*Occaſione §. XXXII. Ord. Camb. Lipſ.*

## §. I.

*Finis præſcriptionis oſtenditur.*

BOno publico præſcriptiones & uſucapiones ſunt introductæ, ne ſcilicet rerum dominia diu & fere ſemper incerta exiſterent, cum ſufficeret dominis ad inquirendas res ſuas ſtatuti temporis ſpatium *L. 1. ff. d. Uſurpat. & Uſucap.* ut in pœnam negligentiæ priorum dominorum JOH. BRUNNEM. *ad d. L. n. 1.* aliquis demum litium finis eſſet. *L. fin. ff. pro ſuo*, & *arg. L. 3. & 4. C. d. Præſcr. 30. vel 40. ann.* MEVIUS *ad Jus Lubec. Lib. 1. T. 8. n. 1. p. m. 242. & n. 7. p. 295.* JOH. ALTHUS. *in Dicæol. Juris p. m. 541. n. 3.* omnisque controverſia per eam definiatur. OTT. TABOR. *Theſaur. Loc. Comm. verb.* Præſcriptio *theſ. 31.* Proinde recte *Cicero in Orat. pro Cæcina.* præſcriptionem finem vocat ſollicitudinis & periculi litium. Hinc varia pro qualitate negotiorum & jurium adinventa ſunt præſcriptionum genera, adeo ut quandoque Legiſlatores amplum nimis-

que longum uſucapionis ſpatium concederent, quandoque nimis anguſtis cancellis includerent.

§. II.

*In cambiis præſcriptionis tempus plerumque coarctatur.*

Imprimis vero in Cambiis, quorum uſum neceſſitas, propagationem commoditas, augmentum lucri cupiditas introduxere, RAPH. de TURR. *in Tr. de Cambiis Diſp. I. quæſt. 1. n. 1. p. 10.* & ſine quibus omnia mercaturæ officia inania & deſtructa forent, DAV. MEVIUS *P. IX. Deciſ. 133. n. 3.* SCACCIA *Tr. ſuo d. Jure Commerc. P. I. qu. 6. n. 14. fol. 157.* OTT. TABOR. *Theſaur. Loc. Comm. verb.* Cambium *p. m. 129.* præſcriptionis ſpatium coarctatum eſſe videmus. Utilitas enim publica & favor commerciorum exigere videbantur, ut, quemadmodum Cambiales ac reliquæ mercatoriæ cauſæ celerioris expeditionis eſſe ſoleant, ita etiam exceptio præſcriptionis in curiam mercatorum introduceretur, & quidem tempus præſcriptionis ratione obligationis ex literis cambialibus provenientis coanguſtaretur. MARQUARD. *de Jure Mercatorum p. m. 435. n. 51.*

§. III.

*In Gallia cambiis præſcribitur quinquennio.*

Sic Rex Galliæ Ludovicus XIV. Menſe Martio anni 1673. in Palatio S. Germani hanc ſanctionem generalem dedit, ut in finibus regni ſui cautio pro cambio interpoſita, ſi intra triennium, non biennium, ut nonnemo putat, nulla exactio facta fuerit, pro extincta haberi debeat, ipſæ vero literæ cambiales (non reliqua chirographa & obligationum inſtrumenta, quippe quorum nulla mentio in Conſtitutione Regia adjecta fuit) ab ultimo die proteſtationis

nis ſimilisve vigilantiæ quinquennio præſcribantur. Vid. *Ordonnances de Louis XIV. ſur le Commerce des Negotians & Marchands donnês à S. Germain en Laye au mois de Mart 1673. titre V. Art. XX. & XXI.* in verbis ſequentibus *Art. XX.* Les Cautions baillées pour l' evenement de Lettre de Change ſeront déchargeés de plein droit, ſans qu' il ſoit beſoin d' aucun Jugement, procedure, ou ſommation, ſ' il n' en eſt fait aucune demande pendant trois ans, compter du jour de dernieres pourſuites. *et Art. XXI.* Les lettres ou billets de change ſeront reputez ac quittez aprés cinq an de ceſſation de demande & pourſuites à compter du lendemain del' echeance ou du Proteſt, ou de la derniere pourſuite.

§. IV.

*Lugduni in Gallia cambia pro ſolutis habentur ſubdiſtinctione anno, vel tribus annis.*

E contra Lugduni in Gallia omnes literæ cambiales cenſentur pro ſolutis uno anno apud domeſticos, & tribus annis apud extraneos, quod indigitant verba *Art. X. des Reglements de la Place de change de la Ville de Lyon du Roy de France de l' an 1667.* Toute lettre de change payable & dits payemens ſera cenſée payée: ſçavoir à l' egard de domiciliez Porteur de Bilans ſur la Place du change de la ditte ville dans un an; Et pour les autres dans trois ans apres l' escheance d' icelle. Quod tempus per ſupra allegatam Ordinat. generalem Ludovici XIV. de Anno 1673. minime abrogatum, ſed potius confirmatum eſſe videmus. In dicta enim Ordinatione Rex Galliæ Ludovicus XIV. per Art. VII. Tit. V. privilegia civitatis Lugdunenſis ſalva fore ſequentibus declaravit

ravit verbis: N' entendons rien innover a noſtre reglement du ſecond jour de Juin mil ſix cens ſoixante ſept pour les acceptations, les payemens & autre diſpoſitions concernans le commerce dans noſtre Ville de Lyon.

§. V.

*Genuæ quadriennium definitum fuit.*

Quatuor autem annorum ſpatium ad exigendum cambium præſcripſit Reſpublica Genuenſis, quo præterlapſo, ſi interea actio cambialis inſtituta non fuerit, tunc Juri Cambiali, ſeu, uti dicunt, paratæ executioni præſcriptum eſſe cenſetur, quemadmodum ex ipſis ſtatuti Genuenſis verbis *Lib. 2. de cauſis brevioribus* apparet, ſubſequenti §. Declarato, quod ſupra dicta executio poſſit fieri intra quatuor annos a die termini ſolutionis transacti & non poſtea. Recenſuit hoc ſtatutum SIGISM. SCACCIA *in Tr. ſuo de Jure Commerc. §. 7. gloſſ. 1. n. 1. fol. 440.*

§. VI.

*In Ord. Camb. Lipſ. intuitu præſcriptionis diſtinguitur inter literas cambiales proprias & traſſatas.*

Aliter iterum proceditur hic Lipſiæ. Ibi enim per ordinationem Cambialem Anno 1682. d. 2. Octobris ab Electore Johanne Georgio III. Glorioſiſſimæ memoriæ confirmatam annale introductum ſpatium ratione literarum propriarum, ratione traſſatarum vero menſtruum ſaltem conceſſum eſt, quo elapſo cambia pro ſolutis reputantur, ita tamen, ut ſi creditor ante præterlapſum iſtud annale ſpatium decedat, ejusdem hæredes unum adhuc annum, adeoque biennium, ad productionem habeant, quod quoque ad pias cauſas extenſum per expreſſa verba §. XXXII.

Weil

Weil ſichs auch zuträget, daß wegen überhäuffter Verrichtungen bißweilen die bezahlten Wechſel-Brieffe nicht alſobald von denen, ſo das Geld gezogen, abgefodert, oder gar verleget werden, als ſollen ins künfftige alle Wechſel-Brieffe, ſo auff einen traſſiret worden, nach Verflieſſung vier Wochen nach der Verfallzeit vor bezahlt gehalten werden, ungeachtet dieſelben in der Zeit nicht abgefodert worden, jedoch behalten die eigene Wechſel-Brieffe, ſo einer auff ſich ſelbſten ausgeſtellet, es ſey deswegen proteſtiret oder nicht, billig ihre Krafft und Wirckung, und ſollen auff beſchehene production ohne Wiederrede und Ausflucht bezahlet werden, doch daß auch ſolche production in Jahr und Tag von der Verfallzeit an geſchehe, und der Creditor ſeine Klage wieder den debitorem in ſolcher Zeit anſtelle, da aber dieſes in der Zeit nicht geſchehe, iſt dergleichen eigenhändig ausgeſtellter Wechſel-Brieff ſo wohl als der traſsirte hernach gantz und gar erloſchen, und der Debitor dem Creditori ferner daraus etwas zu bezahlen nicht ſchuldig, es wäre denn, daß der Creditor vor Ablauff Jahr und Tages verſtürbe, auff welchen Fall deſſen Erben über das erſte noch ein gantzes Jahr und Tag zur production Friſt haben, und der Wechſel-Brieff gültig ſeyn ſoll, welche zwey Jahr und Tag auch denen piis cauſis zu gute kommen ſollen.

§. VII.

Quod quidem ſtatutum procul dubio inclu- *Ad Exem-*

*plum ſtatuti Lipſ. idem Gedani diſpoſitum fuit.*

to Senatui Gedanenſi occaſionem præbuit, ut cum anno 1701. die 8. Menſis Martii in uſum commodumque civitatis ſuæ, ad imitationem reliquorum locorum, publicarent Ordinationem Cambialem, idem fatale in traſſatis æque ac propriis literis cambialibus determinarent; Etenim iisdem propemodum verbis §. iſte XXXII. repetitus legitur in der Wechſel-Ordnung der Stadt Dantzig §. XXXVI. Weil ſichs auch zutragen kan, daß zuweilen die bezahlten Wechſel-Brieffe nicht alſo fort von denen, ſo das Geld gezogen, abgefodert oder verleget werden, als ſollen alle Wechſel-Brieffe, ſo auff einen traſſiret worden, nach Verflieſſung vier Wochen nach der Verfallzeit vor bezahlt gehalten werden, ungeachtet dieſelben in der Zeit nicht abgefodert worden, ausgenommen die eigene Wechſel-Brieffe, ſo einer auff ſich ſelbſt ausgegeben, welche in Jahr und Tag von der Verfallzeit an, es ſey proteſtiret oder nicht, produciret, und die Ausgeber zur Zahlung angehalten werden können. Da aber die production in währender Jahres-Friſt nicht geſchehe, und der Creditor ſeine Klage wieder den debitorem in ſolcher Zeit nicht anſtellete, ſo iſt dergleichen eigener Wechſel-Brieff hernach gäntzlich erloſchen, und der debitor dem Creditori daraus etwas zu bezahlen nicht ſchuldig, es wäre dann, daß der Creditor vor Ablauff Jahr und Tages mit Tode abginge, alsdenn deſſen Erben über das erſte noch ein

ein gantzes Jahr und Tag zur production Friſt haben, und der Wechſel-Brieff gültig ſeyn ſoll.

§. VIII.

Nec dubium, quin compilatores Juris Cambialis, quod juſſu Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis Boruſſiæ in Ducatu Magdeburgico ante octo annos, anno nempe 1703. introductum, publicatumque fuit, eandem diſpoſitionem ante oculos habuerint, quippe iisdem placuit, eundem terminum Præſcriptioni cambiorum præfigere, hoc tamen moderamine, ut præterlapſo annali ſpatio rigor ſaltem cambialis ceſſare & exinde tantummodo, ut ex alio inſtrumento guarentigiato, executive agi debeat, demum vero ſeptennio ejusmodi literis cambialibus omnis plane vis ac efficacia adimeretur. Vid. Preußiſches Wechſel-Recht in Hertzogthum Magdeburg *Art. XXIV.* Wann jemand einen Wechſel-Brieff auff ſich ſelbſten ausſtellet, und nach der Verfallzeit in Jahr und Tag deswegen ſich niemand angiebet, ſoll der Wechſel-Brieff alsdenn kein Wechſel-Recht mehr behalten, ſondern nur bloß vor eine Obligation gelten. Daferne aber jemand dergleichen Wechſel-Brieff gar veralten ließe, und über 7. Jahr bey ſich behielte, auch ſelbigen inzwiſchen nicht verneuern ließe, ſo ſoll ſolcher Wechſel-Brieff alsdenn nicht weiter exigibel ſeyn.

*Eodem fere termino rigor cambialis in Ducatu Magdeburgico exſpirat.*

§. IX.

*Argumentum §. 32. Ord. Camb. Lipſ. oſtenditur.*

Non vero me inutilem laborem ſuſcepturum eſſe credidi, ſi §. XXXII. Ord. Camb. Lipſ. ſuperiori §. VI. recitatum, cum, quantum ego quidem ſcio, nemo adhuc materiam iſtam ſpecialiter pertractandam ſuſceperit, in præſenti paulo uberius explicarem. Et quidem ſermonem inſtituit iſte §. XXXII. partim de literis cambialibus traſſatis, partim de propriis. Prioribus ad exactionem quatuor ſeptimanæ, poſterioribus autem regulariter annale ſpatium tributum eſt, exceptis caſibus, quando 1.) Creditor pendente illo fatali moriatur, & 2) pia cauſa creditoris vices ſubeat, tunc enim terminus præſcriptionis ad biennium usque extenditur.

§. X.

*De Voce cambii & præſcriptionis remiſſive agitur.*

Antequam autem ipſam explicationem §. memorati XXXII. Ord. Camb. Lipſ. ſuſcipiamus, ante omnia rubri explicatio eſſet ſuſcipienda, & tam cambiorum, quam etiam præſcriptionum materia pertractanda; cum tamen jam de his materiis innumeros ſane inveniamus ſcriptores, inter quos præcipui de cambiis ſcripſere RAPH. de TURR., LEONHARDUS DUARDUS, JOH. MARTIN. VOGT, ANTON. MERENDA, MARTIN. ACZPILCEUTA, JOH. BAPTIST. CAVATIUS. DOM. FULDANUS, GVALTHERUS, THOMAS de VIO., HIERONYMUS de LUCA, FABIANUS JANNENSIS, SIGISM. SCACCIA *de Commerc. & Cambio*, JOH. MARQUARD. de

de *Mercatura*. De præſcriptione autem NICOL. CISNERUS, PETR. GILKENIUS, Magnif. DN. MENCKENIUS *Tr. Synopt. Pand. ad tot. tit. d. Uſurpat. & Uſucap. p. 511. ſq. & ad tit. de diverſ. temporal. præſcript. p. 572. ſq.* aliique, ac in præſenti tantummodo de præſcriptione cambiorum per §. XXXII. Ord. Camb. Lipſ. introducta ſermonem inſtituere animum induxerim; hinc, quæ plus quam centies dicta fuere, in præſentiarum repetere nolo, ſed potius me ſtatim ad ipſam explicationem §. noſtri XXXII. convertam.

## §. XI.

*In traſſatis literis ſpatium 4. ſeptimanarum locum non obtinet inter traſſantem & præſentantem.*

Quod itaque ad traſſatas literas attinet, ſpatium illud quatuor ſeptimanarum in memorato §. XXXII. definitum minime applicari poterit ad eum caſum, quemadmodum quidam DD. volunt, quod ſi Præſentans determinato die ab Acceptante vel eo, ad quem directæ fuerunt literæ, ſolutione non ſubſecuta, ut regreſſum adverſus Traſſantem ſalvum habeat ac pecuniam ſuam alio in loco ſolutam iterum recipiat, Proteſtum præſcripto tempore ac more legitimo elevaverit, ſed regreſſum ſuum non ſtatim adverſus Traſſantem ſumſerit, tunc ſi forſan Acceptans fidem fallat, ac non exiſtat ſolvendo, Præſentans jus ſuum adverſus Traſſantem præterlapſo quatuor ſeptimanarum ſpatio amittat; cum Præſentanti per dictam Ord. Camb. Lipſ. diverſis locis alius modus ratione proteſtationis cambiorum & regreſſus contra Traſſantem vel Indoſſantem obſervandus ſatis accurate & perſpicue præſcriptus fuerit, quemadmodum

dum ex ſubſequentibus patebit, ut §. *V. verb.* Da es ſich aber mit der Acceptation über bemeldte Zeit verzoge, ſoll der Proteſt mit nächſtabgehender Poſt zwar fortgeſchicket, der Wechſel-Brieff aber, wo nicht die Zahlung ſchlechterdings und ohne Bedingung abgeſchlagen worden, dennoch biß zur ordentlichen Verfallzeit hier behalten werden, damit wenn der Acceptant alsdenn noch zahlen wollte, er ſolchergeſtallt denſelben einlöſen könnte. *&* §. *XIV. verb.* Sollten auch Wechſel-Brieffe, ſo auff den Marckt dirigiret, erſt nach der Zahlungs-Zeit und nach gäntzlich geendigten Marckte einlauffen, ſo iſt der Inhaber ſich mit der Zahlung über 24. Stunden auffhalten zulaſſen nicht ſchuldig, ſondern er mag entweder alsbald nach Verfließung ſolcher Zeit proteſtiren, oder doch damit alſo verfahren, daß er mit der erſten Poſt wieder an den Ort, da der Wechſel-Brieff hergekommen, gebührend aviſiren oder den Proteſt nebſt dem Brieffe zurück ſenden können. *ut &* §. *XV. verbis.* Wenn nun der Verfall-Tag eines Briefes vorhanden, ſoll deſſen Inhaber die Zahlung ſolicitiren, in deren Enſtehung aber länger nachzuſehen nicht ſchuldig, ſondern vielmehr Krafft dieſes gehalten ſeyn, noch deſſelben Tages nach Wechſel-Gebrauch wegen Capital, Intereſſe Schäden und Unkoſten zu proteſtiren, und den Brief nebenſt den Proteſt mit der erſten folgenden Gelegenheit zu rück zuſchicken, oder in deſſen Unterlaſſung ſein

Recht

Recht wieder den Traſſirer und Indoſſirer gäntzlich verlieren. *nec non præcipue §. XXV. verbis:* Im Gegentheil ſoll auch der Inhaber des Wechſel Briefes, wenn er wegen ermangelnder Acceptation oder Zahlung proteſtiret hat, den Proteſt jederzeit, wie droben erwehnet, ungeſäumt gebührend fortſchicken und aviſiren, oder anderer Geſtalt für alle Gefahr zu ſtehen ſchuldig ſeyn.

§. XII.

*Nec pertinet huc ſtatuti Lipſ. diſpoſitio cum negotium verſetur inter traſſantem & traſſatum.*

Nec qvoqve §. noſtrum ad illum caſum pertinere arbitror, ubi Traſſatus contra ipſum Traſſantem ex literis cambialibus a ſe acceptatis & honoratis actionem intendit, cum §. noſter ſermonem ſaltem inſtituat de Præſentante, qvod ſi inter qvatuor ſeptimanas contra Acceptantem non egerit, cambium præſcribatur, minime vero ſi Acceptans ex ſoluto cambio contra Traſſantem ad pecunias pro eo exſolutas reſtituendas actionem inſtituat; qvem in modum qvoqve pronunciarunt Dn. Scabini Lipſ. Menſ. Jan. A. 1692. an Aaron Moſes nach Halberſtadt: Habt ihr in 1686. und 1687. Jahre zwey Wechſel-Briefe jeden von 100. Rth. auf L. M. ſolche an J. W. zu bezahlen traſſiret, und es hat ermeldter M. ſolche an C. M. D. ferner induciret, welcher denn wieder euch daraus geklaget, derer recognition geſuchet, und daß nach derſelben Erfolg ihr nach Wechſel-Recht zu Bezahlung Capitals und Intereſſe angehalten werden möchtet, gebeten. Wollet ihr ferner berichtet ſeyn, ob nicht vorangegebene Wechſel-Briefe, weil von derer Verfallzeit an bereits etliche Jahre verfloſſen, præſcribiret.

Ob nun wohl in hieſiger Wechſel-Ordnung §. XXXII. deutlichen verſehen, daß die traſſirten Wechſel-Briefe nach der Verfallzeit nur 4. Wochen ihre Würckung haben, alſo daß dahero die von euch auf L.M. traſſirte von keiner fernern Verbindlichkeit ſeyn, geſchloſſen werden möchte. D. a. d. was in der hieſigen Wechſel-Ordnung dißfals verordnet, als ein ſtatutum locale und ſpeciale auf andere Orte nicht zu extendiren, hienächſt allhier nicht der, an welchen ſolche bezahlet werden ſollen, ſondern der ſie auf eure ordre vergnüget, klaget, und demnach der allegirte locus der hieſigen Wechſel-Ordnung ohne dem anhero nicht zu appliciren, in übrigen die aus einem Cambio herrührende Schuld, wenn an einem Orte inſonderheit was gewiſſes nicht geordnet, gleich denen andern Verſchreibungen erſt nach Ablauff der in denen gemeinen Rechten oder Provincial-Geſetzen dißfalls ausgedrückten Zeit verjähret, und dergleichen in gegenwärtigen Fall nach nicht verfloſſen, ſo möget ihr euch auch mit der Præſcription offt beſagter Wechſel-Briefe nicht ſchützen.

## §. XIII.

*Sed reſtringendum eſt dictum jus, cum Præſentans agit contra Acceptantem.*

Sed potius de eo caſu præſcriptio menſtrua in §. noſtro XXXII. memorata explicanda erit; Qvando nempe ex literis cambialibus traſſatis præterlapſo ſolutionis termino Præſentans intra 4. ſeptimanas contra eum, ad qvem directæ & ab eodem acceptatæ fuerunt literæ cambiales actionem non iſtitue-

rit

rit, qvod tunc tale cambium præſcriptum eſſe cenſeatur. Cui ſententiæ rationem ipſe Sereniſſimus legislator §. *alleg.* ſuppeditare videtur, cum ſtatim ab initio dixerit: Ob concatenata negotia, qvæ nundinarum inprimis tempore mercatores premunt, cambia etiam ſoluta in manu Præſentantis remanere, vel qvoqve ea alieno reponi loco, uti *ex verbis initialibus all.* §. *noſtri* apparet: Weil ſichs auch zuträget, daß wegen überhäuffter Verrichtungen bißweilen die bezahlten Wechſel-Briefe nicht alſobald von denen, ſo das Geld gezogen, abgefordert, oder gar verleget werden, als ſollen ins künfftige alle Wechſel-Briefe, ſo auf einen traſſiret worden, nach Verflieſſung vier Wochen nach der Verfall-Zeit vor bezahlt gehalten werden, ungeacht dieſelben in der Zeit nicht abgefordert worden ꝛc: Ubi tamen probe notandum, qvod hic tantummodo de eis traſſatis literis mentio facta fuerit, qvæ jamjam ab altero ad qvem directæ, acceptatæ fuerint: alias enim eis non acceptatis plane nullum jus contra hunc ſcil. Traſſatum competere poterit, etiamſi ille, ad qvem directæ ſunt, Traſſantis debitor fuerit, cum nemo ad cambium traſſatum acceptandum cogi qveat, per acceptationem vero demum debitor exiſtat. RAPH. de TURR. *Tr. d. Cambiis Diſp. II. qv. 16. n. 16.* SCACC. *d. Jure Comm.* §. 2. *gloſſ. 5. n. 315. n. 322. ſeq. & 324. p. m. 381. & 382.* DECIS. ROTÆ GENNUENS. *Dec. 104. n. 6. & 9. & Deciſ. 133. n. 2.* JOH. MARQUARD. *d. Jure Mercat. p. 325. n. 84. & p. 464. n. 49.* prout qvoqve conſtat ex §. *XXVII. Ord. Camb. Lipſ.* Dem-

nach auch auch bey Wechſel Briefen der Aviſo Brief gleich zum Fundament der Acceptation dermaſſen nöthig iſt, daß kein Handelsmann ohne vorher empfangenen Aviſo einen Wechſel-Brief zu acceptiren, vielweniger zu bezahlen ſchuldig iſt, er thue es denn per honor di Lettera, zumahlen, wenn er keine Proviſion oder andere Mittel zu dem Gelde wieder zu gelangen in Händen hat, ſo gebühret vornehmlich dem Traſſanten, zu Verhütung aller Unordnung, demjenigen, an dem er den Wechſel gezogen, davon richtig zu aviſiren, u. den Aviſo Brief entweder auf der Poſt zu überſchicken, oder mit dem Wechſel-Briefe zugleich mit überreichen zu laſſen, auch ausdrücklich anzuzeigen, auff weſſen Conto oder Rechnung die Tratta geſchehen, wo der Acceptant die Proviſion nehmen, oder woher er ſich ſonſt ſeiner Rembours halben hinwieder re-und prævaliren ſolle. Denn wenn er dieſes unterläſt, ſo hat er bey entſtehender Aceptation alle Ungelegenheit ſich ſelbſten bey zu meſſen, auch ſich an dem, auf welchen traſſiret iſt, keines weges zu erholen, obgleich derjenige ſo acceptiren ſollen, ſonſten ſein debitor wäre. Uber diß, und wenn gleich durch einen Aviſo-Brief begehret würde, die Tratta auf dieſe oder jene Rechnung zu ſtellen, ſo dem Acceptanten nicht annehmlich wäre, oder auch ein oder anderer geſtalt Mittel vorgeſchlagen würden, wodurch man ſich an dem Ausgeber des Wechſel-Brieffes prævaliren könte, die aber nicht wohl thunlich, ſo wäre ebenfalls, wo

er

er nicht den Brief ſopra Proteſto freywillig honoriren wolte, zu acceptiren nicht ſchuldig.

§. XIV.

Econtra ex propriis literis efficaciter agi poteſt per integrum annum & qvidem Saxonicum additamentum conſvetum ſex hebdomadum & trium dierum recipiens; qvanqvam enim non ſit inuſitatum, ut etiam in foro Saxonico annus civilis, qvi abſolvitur 365. diebus ſive 52. ſeptimanis & una die *L. 51. §. 2. ff. ad L. Aqvil. L. 4. §. 5. ff. de ſtat. liberis, & L. 134. ff. d. V. S.* in extra ordinariis præſcriptionibus obſervetur & retineatur, qvemadmodum in jure reluendi *per Dec. El. XI.* & jure deliberandi *per Dec. El. LVII.* necnon in Actione Injuriarum *per Conſt. El. 46. P. IV.* contigiſſe videmus, & nullus dubitarem idem de hoc termino aſſerere, ſi ſimpliciter anni mentio adjecta fuiſſet. Sed cum expreſſe in §. noſtro dicatur, productionem intra annum & diem binnen Jahr und Tag fieri debere, in Jure Saxonico vero per ea verba intelligatur annus Saxonicus cum conſveto additamento ſecundum *Conſt. El. 6. P. II. & Dec. El. XI.* merito annum Saxonicum cum 6. ſeptim. & 3. diebus in §. noſtro intelligi arbitror. Nam qvanqvam negandum non ſit, additamentum hoc Saxonicum *Jure Prov. Sax. & qvidem Libr. I. Art. 28. & 38. pr. in gloſſ. & Lib. II. Art. 44.* Weichbild *Art. 4. in gloſſ. v.* Jahr und Tag *& Art. 21.* tantummodo conſiſtere in 6. hebdomadibus, tamen illi tam per *cit. Conſt. El. 6. P. II.* qvàm etiam per conſvetudinem 3. adhuc dies hodie adjectos eſſe videmus. CARPZ. *ad P. II.*

*Ex propriis cambiis agere licet cum effectu intra annum Saxonicum.*

*P.II. Conſt.El.III.Def.5.ut & Prax. Crim. P.III. qv. 141.n.66.* ANDR. RAUCHBAR. *P.II. qv.24. n.34.* MATTH. BERLICH. *Dec.115.n.3.& ſeq.* CHRIST. BESOLD. *in Theſaur. Pract. voc.* Jahr und Tag & JOH. PHILIPP. *ad cit. Dec.El. XI. Obſ.3.* Nec qvoqve credendum otioſe adjectum fuiſſe in Jure Saxonico diem; nam licet exacta ratio in præſcriptionibus dari neqveat, ULRIC. ZASIUS *ad L.20.ff.d.LL.* qvoniam principis voluntas pro ratione pugnat: tamen haud immerito hujus augmentia hæc forte dari poterit ratio, qvam PETR. HEIGIUS *qv.16. n.23.* ſuppeditare voluit, ut nimirum poſt ordinarium præſcriptionis tempus adhuc modicum aliqvod deſidibus & otioſis detur laxamentum, qvo actionem inſtituere moramqve purgare poſſint. Plura de hoc additamento Saxonico videre licet apud CARPZ. *in Juriſpr. forenſ. P.II. Conſt.3. Def.5. & P.IV. Conſt. XLVI. Def.3.* JOH. PHILIPP. *ad Dec.El.XI. Obſ.3.nec non Excell. Dn.* JOH. HEINR. MYLIUM *in Diſp. de Anno Juridico Lipſ. Ao.1682. Habita* §.13.

## §. XV.

*Qvæ annua præſcriptio etiam obtinet in cambiis per indoſſamentum transportatis*

Cum qvoqve uſitatiſſimum ſit inter mercatores, qvod mediante indoſſamento ad tertium qvartumve transportentur literæ cambiales, qvæſtio oritur: an ſi elapſo hoc annali ſpatio poſſeſſor diſponente §. *XIX. & XX. Ord. Camb. Lipſ.* actionem contra debitorem inſtituerit, ſed hoc opponente exceptionem præſcriptioni ab actione prout inſtituta repulſam tulerit, jam vero regreſſum ſuum contra proximum indoſ-

indoſſantem ſumere velit, an qvoqve ille indoſſans ſe eadem exceptione tueri poſſit? Ita omnino puto; etenim ſi liberatus eſt primus debitor qvi dedit literas, neceſſe eſt ut etiam liberati ſint reliqvi, qvi pro perſonis qvaſi acceſſoriis habentur. Sed §. *all. XX. Ord. Camb. Lipſ.* ſane e diametro obſtare videntur verba ex §. *V. XIV. XV. & XXVII.* ſupra §. *XI. Diſſert. noſtr.* recenſita, qvibus ſancitum, qvod ſi Præſentans ſeu poſſeſſor cambii denegata ſolutione proteſtum elevaverit, idqve cum cambio non ſtatim ad proximum Indoſſantem vel Traſſantem remiſerit, omne ſuum jus adverſus eos amittat, cum e contra *in præſ.* §. *XX.* creditori liberum relinqvatur, an prius velit debitorem in jus vocare, &, ſi ab eo ſolutionem non impetraverit, ad proximum Indoſſantem vel ſtatim ad hunc regreſſum ſumere, vel etiam variatione alias regulariter in Jure prohibita uti velit. Ad hos vero §§. conciliandos notandum qvod prioribus §§. *ſcil.* §. *V. verb.* **Da es ſich aber.** §. *XIV. verb.* **Solten auch Wechſel-Brieſe.** §. *XV. verb.* **Wann nun der Verfall-Tag** & §. *XXVII. verb.* **Im Gegentheil ſoll auch**, tantummodo de ſolennibus circa proteſtationem, & qvod de nonſubſecuta acceptatione vel ſolutione Traſſans ſeu Indoſſans ſtatim certior reddatur, eiqve Proteſtum cum cambio ſub pœna amiſſionis juris contra Indoſſantem remittatur, proſpectum eſſe, in hoc §. *XX. Ordin. Camb. Lipſ.* vero potius modum, qvem poſſeſſor cambii in exigendo cambio, ſi forſan debitor & Indoſſans ſint moroſi, obſervare debeat, Sereniſſimum Legislatorem præſcripſiſſe.

§. XVI.

*Exceptio facta fuit in hæredibus, quibus biennium competit.*

Supra *theſi IX.* monitum fuit, præſcriptionem annalem cambiorum hic Lipſiæ juxta §. *XXXII. Ord. Camb. Lipſ.* pati exceptionem apud hæredes & pias cauſas. De hæredibus enim dicitur all. loco: Es wäre denn, daß der Creditor vor Ablauff Jahr und Tages verſtürbe, auff welchen Fall deſſen Erben über das erſte noch ein gantzes Jahr und Tag zur Production Friſt haben, und der Wechſelbrieff gültig ſeyn ſoll. Ex quibus patet, hæredibus non indiſtincte prolongationem præſcriptionis cambiorum conceſſam eſſe, ſed tantummodo eo caſu, ſi Creditor adhuc ante elapſum annum & diem deceſſerit, ut tunc præter illum annum adhuc integer annus & dies hæredibus ad productionem literarum & inſtituendam actionem cambialem contra debitorem ſit relictus; ſi vero jam vivente adhuc creditore illud annale ſpatium penitus ſit præterlapſum, tunc ob jus alteri quæſitum MANTICA *Dec. 296. n. 5.* ac cum hæredes repræſentent perſonam defuncti *Nov. 48. c. 1.* & in omne jus, quod defunctus habuit, ſuccedant, *L. 59. & 62. ff. d. R. J. L. 119. ff. d. V. S.* hic vero per lapſum temporis excluſus jam fuerit, eis plus vix tribuendum erit, quam ille habuerit, hinc prolongationem iſtam præſcriptionis admitti non poſſe expediti juris eſt. Prout quoque patet ex Reſponſo Facult. Vitteb. Menſ. Maji 1704. ad conſultationem J. G. R. dato, recenſito apud Excell. BERGERUM *in Reſp. P. II. Reſp. 212. n. 2.*

§. XVII.

§. XVII.

*Per vocem heredum majorennes & minorennes comprehenduntur.*

Ratione hæredum adhuc notandum, hoc loco ſub nomine hæredum tanquam verbo generali, tam majoremnes quam minorennes comprehendi. Nam licet in margine §. *noſtr.* tantummodo minorennium facta fuerit mentio, hinc inde tamen minime ſequitur, de minoribus tantummodo §. *noſtrum* loqui, cum in nigro generaliter de hæredibus ſermo inſtituatur, illud vero prævaleat rubro atque authenticum ſit, marginalia vero nulla plane gaudeant autoritate.

§. XVIII.

*Piis cauſis qvoqve ſubvenitur per præſcriptionem biennii.*

Deniqve ex verbis finalibus §. *noſtri* videmus eandem prolongationem præſcriptionis Sereniſſ. Legislatorem piis quoque cauſis concedere voluiſſe, cum dixerit: **Welche zwey Jahr und Tag auch denen** piis cauſis **zu gute kommen ſollen.** Et ſine dubio Clementiſſimus ille piæ memoriæ princeps in concedenda hac prolongatione potiſſimum eo reſpexit, qvia nempe piæ cauſæ i. e. Eccleſiæ, Orphanotrophia, Scholæ, aliaqve pia loca ſingularibus tam Jure Civili, qvam Canonico atqve Saxonico, ut patet ex *Auth. Qvas Actiones C. d. S S. Eccleſ. Nov. III. & CXXXI. c. 6. C. 4. 5. & 9. X. d. Præſcript. & P. II. Conſt. El. V.* præ aliis gaudeant prærogativis, ſic etiam eis in cauſis cambialibus aliqvid ſingulare tribuendum eſſe.

§. XIX.

*Præſcriptio cambiorum ſtatuto Lipſ. introducta in*

Conſideratis itaqve variis temporibus præſcriptionis cambiorum *in* §. *noſtro* definitis, liceat nunc qvoqve nobis Ordinationem Camb. Lipſ. ipſam, ex

 qva

*extraneo judicio non obtinet.*

qva noſter §. deſumtus, tam ratione autoritatis, qvam etiam perſonarum, qvæ eidem ſunt ſubjectæ, paulo accuratius perpendere. Qvod autem Ord. Camb. Lipſ. tantummodo locale ſit ſtatutum mercatorium, neminem in dubium vocare exiſtimem, ex qvo itaqve prono alveo fluit, fruſtra ad eandem provocari coram extraneo Judicio, ubi ex ejusmodi literis cambialibus, qvarum jus ſolutionis multis ab hinc annis præterlapſum eſt, agitur; præſcriptio enim cum ſit odioſa, minime ultra locum, ubi inducta, extendenda eſt PANCIROLL. *Concl. 6. n. 50.* Hinc cum in Ducatu Anhaltino ante aliqvot annos caſus exiſteret, qvod M. B. W. contra Ch. A. F. ex literis cambialibus, qvarum terminus ſolutionis jam ante qvinqve annos præterlapſus erat, actionem inſtitueret, reus qvidem intentionem actoris exceptione præſcriptionis in §. *32. Ord. Camb. Lipſ.* definitæ elidere intendebat, ſed fruſtraneo conatu; Dn. Scabini Lipſienſes enim hac de re conſulti illicitam eſſe extenſionem pronunciabant Menſ. Sept. 1704. an A. M. nach Deſſau: Hat der Fürſtliche Anhältiſche Rentmeiſter zu Deſſau Ch. A. F. von dem Hoff-Factor daſelbſt M. B. W. 2000. Reichsthaler an ⅔ dem 28. September Anno 1698. erborget, und ihm darüber einen Wechſel-Brief in der folgenden Naumburger Petri Paul-Meſſe wieder zu bezahlen ausgeſtellet, nach dieſem aber unterſchiedene Verkehrungen mit demſelben gehabt, und Geld an ihn bezahlet, angeregten Wechſel-Brief hingegen nicht wieder

zurück

zurück erhalten, und er iſt anitzo von vorbeſagten W. vor der Fürſtlichen Anhaltiſchen Regierung zu Deſſau daraus belanget worden, darwieder er Exceptionem præſcriptionis vorgeſchützet, und ihr wollet, ob ihm ſelbige nicht zu ſtatten komme, und er von der Klage abſolviret werden müſſe berichtet ſeyn. O. n. w. angeführet werden möchte, daß in der Churfürſtlichen Sächßl. Wechſel-Ordnung §. 32. deutlich verſehen, daß der Creditor binnen Jahr und Tag, von der Verfallzeit an zurechnen, dergleichen eigenhändigen Wechſel-Brief gerichtlich produciren und wieder den debitorem klagen, oder, wenn dieſes unterbleibet, ſolcher Wechſel-Brief gantz und gar erloſchen, und der Schuldner daraus dem Gläubiger etwas zu bezahlen nicht ſchuldig ſeyn ſolle, und in gegenwärtigen Falle von der Zeit an, da der von obgemeldtem F. ausgeſtellete Wechſel-Brief verfallen, bereits 5. Jahr verfloſſen, folglich derſelbe gäntzlich erloſchen ꝛc. D. a. d. ob allegirte hieſige Wechſel-Ordnung ein ſtatutum locale iſt, und folglich weiter nicht extendiret werden mag, vielweniger ein Beklagter vor einem frembden Judicio ſich darmit behelffen kan; Im übrigen die wegen der bereits geſchehenen Bezahlung angegebenen Vermuthungen in altiore indagine beruhen, und wieder dergleichen caſſirte Wechſel-Briefe nicht ſtatt finden, ſondern in die Reconvention zu verweiſen. So mag auch mehr erwehnter F. mit der opponirten Exception. præſcript. wieder den von W. producirten Wechſel-Brief ſich

nicht ſchützen, noch ſo fort von der daraus angeſtellten Klage abſolviret werden. Similem in modum qvoqve prælaudati Dn. Scabini Lipſ. Menſe Julio 1703. ad conſulationem Heinrich Becken nach Reichenbach inter alia reſponderunt: Hat ein Kauffmann von Reichenbach einem Kauffmann von Stollberg an Michaelis Marckt 1700. in Leipzig einen Wechſel-Brief auf 300. Thaler hoch ausgeſtellet, auch die Zahlung hieſelbſt Neu-Jahrs Marckt 1701. zu thun verſprochen, als aber dieſelbe nicht erfolget, der Stollbergiſche Kauffmann zwar den Wechſel-Brief proteſtiren laſſen, jedoch innerhalb Jahres-Friſt, von der Verfallzeit an zu rechnen, ſelbigen nicht produciret, und deßwegen wieder den Schuldner Klage angeſtellet, ſondern es iſt ſolches allererſt in Monat Martio 1703. zu Reichenbach, als in foro domicilii, geſchehen, worauf Beklagter exceptionem præſcriptionis nach Anleitung des 32. §. der hieſigen Wechſel-Ordnung entgegen geſetzet, und gedencket ſich hierdurch der Zahlung zu entſchütten. Ob er nun wohl zu ſeinen Behuff anführet, daß angezogene Wechſel-Ordnung von denen eigenhändigen Wechſel-Briefen ohne Unterſcheid, ob ſie proteſtiret worden oder nicht, daß nach Ablauff Jahr und Tages ſelbige vor bezahlt und erloſchen gehalten, und der Schuldner dem Gläubiger ferner daraus etwas zu bezahlen nicht ſchuldig ſeyn ſolle, diſponire, welche Friſt obgedachter Stollbergiſche Kauffmann verabſäumet, und müſſe dieſe Ordnung in allen

allen denen Wechſeln, ſo allhier geſchloſſen werden, und wo Leipzig der locus deſtinatæ ſolutionis iſt, beobachtet werden, wenn gleich anderswo geklaget würde, in Anſehung, daß die Præſcription den Contract ſelbſt und deſſen Verbindlichkeit angehet, worauf aller Orten zu ſehen, und nach denen Leipziger ſtatutis zu judiciren. Dieweil aber dennoch angeregte Wechſel-Ordnung ein bloſſes local ſtatutum, und auſſerhalb Leipzig keine Würckung hat, ſo mag Beklagter durch die vorgeſchützte Præſcription der Zahlung ſich nicht entbrechen V. R. W. Conf. ipſa Confirmatio Ord. Camb. Lipſ. & MARBERG. *in Commercien Colleg. P. II. p. 129.*

## §. XX.

*Præcipue inter Mercatores aliosqve ejusdem conditionis hoc jus applicandum eſt.*

Ratione perſonarum omnes perſonæ, qvæ Lipſiæ mercaturam gerunt, ac ibidem cambialia exercent negotia etiam confugere poſſunt ad noſtram præſcriptionis exceptionem. Qvibus qvoqve annumerantur fæminæ mercaturam Lipſiæ exercentes, hæ enim, qvemadmodum jure cambiali tenentur per Erneuert Marckt-*Reſcr. d. dato* den *18. April. 1674. & §. 2. Ord. Camb.* ita qvoqve ſumma ſvadet æqvitas, ut etiam iisdem gaudeant privilegiis, qvæ ex cambiali negotio proveniunt; de reliqvis vero fœminis non mercatricibus, cum Ordin. Cambiali non ſint ſubjectæ, fruſtranea inſtituitur qvæſtio. Notandum tamen, qvod regulariter ſupra recenſitæ perſonæ ſeparatum agnoſcant Judicium Mercatorium Lipſien-

pſienſe, in qvo de cauſis cambialibus & mercatoriis ſolummodo regulariter cognoſci ſolet.

## §. XXI.

*Sufficit tamen, reum eſſe mercatorem.*

Sed ſi itaque Ordinatio Cambialis regulariter locum ſaltem obtineat inter mercatores, qui coram Judicio Mercatorio reſpondere tenentur, quæſtio oritur: anne tunc tam Actor, quam Reus mercatores eſſe debeant, an vero ſufficiat, ſi Reus tantummodo ſit mercatoriæ qualitatis? Exiſtimem non præciſe requiri, ut uterque, Actor & Reus, mercatoria gerant negotia. Nam finge nobilem, literatum aut alii Jurisdictioni ſubjectum peregrinum poſſidere literas cambiales a mercatore Lipſienſi ſubſcriptas, quem ſi elapſo annali tempore ex iisdem conveniat coram Judicio Mercatorio, tutus itidem erit Reus exceptione præſcriptionis, nec enim reſpectus fieri debet ad perſonam agentem, quilibet enim Actor ſe regulare & conformare debet juribus, ubi cauſa ventilatur, imputet enim ſibi Actor, quod mercatori pecunias ſuas crediderit, & non citius in judicium actionem deduxerit; Nec etiam ignorantiæ prætextus creditori, perſuaſo debitorem mercatoriæ eſſe qualitatis, cum tamen non fuerit, excuſationem præbebit, præſertim cum in Judicio Mercatorio regulariter ſaltem Mercatores & perſonæ ad mercaturam pertinentes conveniri queant, e contra tamen ab unoquoque literato vel alio cujuscunque conditionis contra mercatorem coram eodem Judicio actio inſtitui poſſit juxta clara verba *T. 3. Ord. Merc. Lipſ.* Ita etiam in cauſa cambiali

biali alias in uſum mercatorum primario introducta, Actori qvanqvam non ſit mercator exceptionem præſcriptionis *in* §. *XXXII. Ord. Camb. Lipſ.* debitoribus conceſſam opponi poſſe, nullus dubitem. Et ſane confirmant hanc noſtram ſententiam ipſi Dn. Scabini Lipſ. cum Menſe Sept. 1697. ad conſultationem G. W. zu Leipzig ita pronunciarint: Hat ein hieſiger Handelsman J. K. an Ch. W. Gaſtgebern allhier Menſe Dec. 1692. einen Wechſelbrieff auf 3000. Thl. courrent ſolche in dem Leipziger Oſterm. 1693. zu bezahlen, ausgeſtellet, Nachdem nun der Creditor erſt itzo wieder ſeinen Schuldner aus angeregten Wechſel zu klagen gemeynet; So wollet ihr, ob daraus wieder denſelben nach Wechſel-Recht könne verfahren werden d. r. b. ſ. Ob ihr nun wohl in denen Gedancken ſtehet, ob ſey die Churfürſtl. Sächß. Wechſel-Ordnung §. *XXXII.* bloß von den Falle zu verſtehen, wenn beyde contrahirende Theile Handels-Leute ſeynd, und auf andere Gläubiger, ſo nicht der Handlung zugethan, wenn ſie auf Wechſel Gelder abgeben, nicht zu ziehen, maſſen ſich dieſe des Churfürſtl. Sächß. erneuerten Marckt. Reſcripts de dato d. 21. Jul. 1660. und Deciſiv-Befehls von 4. Sept. 1669. uneingeſchränckt zu erfreuen haben. D. a. d. in angezogener Wechſel-Ordnung denen Kauffleuten zu gute, welche Wechſel-Brieffe ausgeſtellet, in Anſehn, daß ſolche, ob ſie gleich bezahlet, wegen überhäuffter Verrichtungen bißweilen nicht alſobald von dem, der das Geld gezogen, abgefor-

fordert oder gar verleget werden / die Præſcription ohne Unterſcheid / ob der Inhaber ebenfalls Handlung treibe / oder nicht / verordnet / der Creditor auch ſich ſelbſt beyzumeſſen / daß er mit einen Handels-Manne auff Wechſel contrahiret / und / was hierbey des Orts Rechtens / ſich zu vorhero nicht erkundiget; So möchte J. K. zur Zahlung ſeines Anno 1692. ausgeſtelleten Wechſel-Briefes / nach Wechſel-Recht nicht angeſtrenget werden. Qvanqvam non deſint, qvi negativam defendant ſententiam, prout apparet ex ſubſeqventi Reſponſo Facult. Jurid. Lipſ. eodem Menſe & Anno ad eundem exhibito: Hat Ch. W. Gaſthalter allhier in Leipzig J. K. Handelsmann daſelbſt 3000. Thaler courrent im Monath Decemb. 1692. vorgeſtrecket / und dieſer jenem hierüber einen Wechſel-Brief auf den Oſter-Marckt 1693. zu bezahlen ausgeſtellet.

Nachdem nun gedachter W. ſolche Wechſel-Schuld einzutreiben biß ietzo angeſtanden / will bey euch Zweiffel vorfallen / ob nunmehro der Schuldner mit Verjährung beſagten Wechſel-Briefes ſich wieder ſeinen Gläubiger behelffen könte oder nicht? Ob nun wohl in der Churfl. Sächßl. Leipziger Wechſel-Ordnung / und zwar Art. XXXII. ausdrücklich enthalten / daß die eigenen Wechſel-Briefe / ſo einer auf ſich ſelbſt ausgeſtellet / es ſey deswegen proteſtiret oder nicht / dennoch ihre Krafft und Würckung behalten / und auf beſchehene Production ohne Wiederrede und Ausflucht bezahlet werden ſollen / doch daß ſolche production

in

in Jahr und Tag, von der Verfallzeit an, geſchehe, und der Creditor ſeine Klage wieder den debitorem in ſolcher Zeit anſtelle, wiedrigenfalls aber dergleichen eigenhändig ausgeſtelleter Wechſel-Brief erloſchen ſeyn ſolle, und es alſo das Anſehen gewinne, wie bemeldter K. weil W. ihm ſo lange nachgeſehen, und mehr als eine Jahres Friſt, von der Verfallzeit des Wechſel-Briefes anzurechnen, vorbeyſtreichen laſſen, ſich voriezo gar wohl mit der intendirten exceptione præſcriptionis wieder dieſen behelffen könte. D. a. n. d. wie aus der gnädigſten Confirmation und andern dißfalls ergangenen gnädigſten Churfürſtl. Deciſis und Befehligen mit mehrern zu erſehen, angezogene Wechſel-Ordnung vor ein bloß local-Handels-Statutum zu Leipzig zu halten, welches eintzig und alleine die Kauff-Leute, und wer denen gleich zuachten, angehet und verbindet, keines weges aber auf andere zu extendiren, und dahero K. ſich derſelben wieder W. als einen Gaſthalter, gar nicht bedienen kan, vielweniger dieſer demjenigen, was darinnen verordnet, wieder ſeinen Willen ſich zu unterwerffen ſchuldig; So möchte auch mehr gedachter K. daferne er aus dem von ihm über die von W. erborgten 3000. Reichsthaler ausgeſtelleten Wechſel-Briefe belanget würde, mit der vorgeſchützten Verjährung deſſelben ſich keines weges behelffen.

Nonnunqvam in majorem ſecuritatem qvoqve literis cambialibus clauſula hypothecaria adjecta deprehenditur (qvod tamen mercatores non ſine ratione facere detrectant); Qva occaſione itaque quæritur: an vi iſtius clauſulæ actione hypothecaria conveniri poſſint debitores, elapſo licet annali ſpatio? Pro negativa facere videtur, qvod §. *noſter XXXII.* debitorem, ſi actor annali ſpatio actionem ex cambio non inſtituerit, abſolvat ac prohibeat, ne ex iisdem literis cambialibus, qvocunqve demum modo conceptæ fuerint, debitor ſolvere aliqvid teneatur, per ea vero actio hypothecaria, qvæ tanqvam acceſſorium literis cambialibus eſt adjecta, excluſa videatur, cum enim extincto principali acceſſorium conſervatum eſſe non credatur, & præſcripto cambio non remaneat jus agendi ex illo, qvemadmodum ſublata ſubſtantia accidens remanere non poſſit. Verum enim vero cum hæc actio 30. demum annis cum additamento in his terris conſveto terminetur, atque ſpecialiter illa ordinaria præſcriptio ſublata non fuerit, hinc ei ſtare haud prohibeatur, præſertim cum clau-

clauſula iſta non pertineat ad formalitatem literarum cambialium, ſed potius duplex qvaſi negotium celebratum eſſe præſumatur, Sereniſſimi autem Legislatoris animus, tantummodo de cambiis diſponere, fuerit, iniqvum eſſet, ſic extenſionem ſuſciperemus, præſertim in odioſa hac materia, cum ſane creditori relictum fuerit arbitrium, quocunq; modo ſibi proſpicere, præcipue cum accedat, quod, quemadmodum in noſtra cambiorum præſcriptione, non omne plane jus amittatur, ſed creditori adhuc alia via ſuum conſeqvendi pateat, ſic etiam, cur tale remedium non qvoque in actione hypothecaria admittendum ſit, non video; nam quanquam debitor ad recognoſcendum cambium præſcriptum cogi nequeat, nihilominus tamen ejus conſcientiæ committi & deſuper juramentum deferri poterit. Interim cum præſens caſus nondum, me ſciente, ſit deciſus, maneat adhuc ſub Judice lis.

## §. XXXVII.

*An rejecto libello præſcriptio pro interrupta ſit habenda?*

Si vero quis ex literis cambialibus debitorem intra definitum in §. noſtro annale tempus convenerit, & hic ob non rite formatum libellum ab actione prout inſtituta abſolvatur, interea temporis vero iſtud ſpatium præterlapſum fuerit, quæritur; an tunc reus opponere queat exceptionem præſcriptionis? Si communem fere DD. regulam, quod ſcil. præſcriptio regulariter per ſolam interrumpatur citationem *L. 2. C. d. Ann. Except. & L. fin. C. ibid. Nov. 119. c. 7.* loco fundamenti ponamus, ſane ea exceptio vix admitten-

da videtur. Nam ſi jam per citationem emiſſam ſpatium iſtud interruptum fuerit, nihil facit, an reus propter libelli ineptitudinem ab actione prout inſtituta, ſit abſolutus nec ne, cum ſufficiat, Actorem animum per priorem actionem petendi rem debitam declaraſſe, atque per citationem præſcriptionem jam interruptam fuiſſe; prout quoque eandem ſententiam Excell. Dn. BERGER *Diſcept. ſuis ad O. P. S. T. IV. Obſ. 5. p. m. 81. & 82. nec non Excell.* RIVIN. *ad eand. Ordin. En. 61. p. m. 126.* HAHN. *ad Weſenb. Tit. d. Uſurpat. & Uſucap. in fine.* BRUNNEM. *ad L. 2. C. d. Ann. Except. n. 8.* admittendam eſſe ſtatuunt. Verum enim vero cum ſecundum GAIL. *l. 1. Obſ. 67. n. 3.* peremta inſtantia, ob ineptitudinem libelli, pereant omnia Judicii acta ordinatoria & ex oblatione inepti libelli oriatur nullitas, ea vero, cum nequidem litis pendentiam; ſeu præventionem inducat, multo minus præſcriptionem evertere poſſit BERLICH. *P. III. Dec. 362.* haud inconſulte quoque affirmativa, quod ſcil. præſcriptionis exceptio rejecto libello locum habeat, minimeque pro interrupta cenſeatur, defendi poſſet, cum actor ſibi imputare debeat, quod ineptum propoſuerit libellum; In præſenti caſu autem præſcriptio contra cambium ſecundum §. noſtr. XXXII. non per citationem, quemadmodum ſupra monitum fuit, ſed neceſſario per ipſam libelli oblationem interrumpatur, libello itaque rejecto nec præſcriptionem interruptam eſſe. MARTIN. *in Comment. Cont. ad O. P. S. T. 4. §. 3. n. 10.*

*10.* Sed quanquam eorum ſententia, qui exiſtimant, per libellum, licet ob ineptitudinem rejectum, interrumpi præſcriptionem, videatur ſecurior; tamen cum nullum hoc de caſu, me quidem ſciente, extet præjudicium, propria autoritate quoque nullam addo deciſionem, ſed potius aliorum judicio adducta relinquam.

## §. XXXIIX.

*Rigor §. 32. Ord. Camb. Lipſ. extendi neqvit ad inſtrumenta juxta rigorem cambialem concepta.*

Ulterius autem occaſione §. noſtri XXXII. qværitur, an etiam tunc, ſi debitor ſe in inſtrumento juxta rigorem cambialem, vulgo nach Wechſel-Recht obligaverit, actor vero intra annum actionem non inſtituerit, exceptio præſcriptionis contra tale inſtrumentum a debitore opponi poſſit? Et reſpondetur qvod non. Nam §. noſter XXXII. Ord. Camb. Lipſ. tandummodo ſermonem inſtituit de præſcriptione contra literas cambiales, minime vero contra obligationem vel alia inſtrumenta. Et qvanqvam per ea verba, nach Wechſel-Recht, debitores obligentur, ut ſecundum rigorem Juris Cambialis debitum exſolvere teneantur, inde tamen non ſeqvitur, qvod talis obligatio pro cambio haberi debeat, & per conſeqvens iisdem gaudeat beneficiis, qvibus cambia in Ord. Camb. Lipſ. fruuntur.

## §. XXXIX.

*Recognitione cambii præſcripti eventualiter*

Admittitur itaqve memorata exceptio præſcriptionis tantummodo in cambiis, ibiqve paratam impedit executionem, BERLICH. *Concl. 84. n. 14.* &

*ſacta reus nihilominus abſolvitur*

& tanqvam litis ingreſſum impediens opponi poteſt, *ibid. Concl. 18. n. 44.* MARTIN. *ad Ord. Proc. Sax. T. XI. §. 7. n. 7. & 10.* BRUNNEM. Conſ. 130. n. 121. OTT. TABOR *Dec. 139. n. 14. p. m. 749.* ac debitor tempore liberatus ſimilis eſt ei, qvi revera ſolvit & ſatisfecit. ZANGER. *de Except. Cap. X. p. 3. n. 30.* hinc ille ex iisdem cambialiter conventus tuto recuſare poterit recognitionem iſtarum. Qvid ſi vero propter rigorem Ord. Merc. Lipſ. recognoſcat, anne exinde nova agnitio debiti inferenda erit? Propemodum dubito, qvia plerumqve ſalva iſta exceptione eventualiter ſaltem recognitio peragitur propter rigorem Ord. Mercat; qvæ cum expreſſa cum reſervatione exceptionis oppoſitæ peracta fuerit, non prius qvoqve ſuper ea, qvam rejectis exceptionibus cognoſci poterit. Hinc cum in cauſa H. W. D. & C. W. contra G. C. D. coram Judicio Mercat. Lipſ. Anno 1709. ventilata, Actores ex cambio agerent, Reus vero exceptionem præſcriptionis literarum cambialium urgeret, eventualiter vero productum cambium recognoſceret, ac deinceps Actores factam a Reo recognitionem qvam ſolenniſſime acceptarent, nihilominus tamen ſeqvebatur ſententia a parte Rei abſolutoria de publ. d. 4. Menſe Maj. 1709. Daß Beklagter auf die erhobene Wechſel-Klage ſich einzulaſſen nicht ſchuldig. Qvamvis tutius ſit plane recuſare recognitionem, qvam actum fruſtratorium peragere, ſiqvidem opoſitis exceptionibus admiſſis Reo intermiſſa recognitio non nocere, rejectis autem, qvanqvam cam-

cambium pro recognito habeatur, nullum præjudicium afferre poteſt.

§. XL.

Unicum adhuc de exiguo cambiorum præſcriptorum uſu annotare liceat, qvod nequidem ex literis talibus præceptum de non exſolvendo vel tradendo, vulgo Verboth, decerni qveat. Coram Prætorio Lipſ. enim B.&B. qværebant contra H. & T. præceptum de non exſolvendo & extradendis mercibus, qvas in manibus ratione O. N. haberent, vulgo ein Verboth, ex literis cambialibus, qvas ante aliqvot annos dederat O. N. Prætorium Lipſienſe decernebat conſvetum monitorium & in ſententia deſuper lata etiam præceptum, adjecta tamen clauſula, quod O. N. mediante Magiſtratu ſuo ordinario ad deducenda jura ſua citari debeat, quod tum fiebat, & O.N. excipiebat, præſcriptas eſſe literas, obtinebat pro ſe ſententiam Actores a limine Judicii repellens, qvi etiam non feliciores erant in ſuprema Curia Provinciali, ad quam a ſententia gravante provocaverant, ſiqvidem & hæc priorem Dn. Scabinorum ſententiam confirmabat.

*Literis cambialibus præſcriptis præceptum de non exſolvendo locum non habet.*

§. XLI.

Conſiderata itaque cambiorum præſcriptorum autoritate, diſſeramus nunc etiam de termino, a quo noſtra præſcriptio initium capiat, quomodo curſum ſuum dirigat & denique quibus modis interrumpi ſoleat, ac plane non admittatur. Sciendum autem præſcriptionem incipere, ubi jam nata eſt actio. *L.*

*Terminus præſcriptionis in cambiis initium capit a tempore ſolutionis. Aliter tamen*

*ſe res habet in cambiis a Uſo, &c.*

*3. 7. §. 14. C. d. Præſcr. 30. vel 40. ann. L. 1. C. d. Annal. Except.* MARTIN. *ad O. P. S. T. XL. §. 6. n. 52.* Naſcitur autem actio in cambiis regulariter tempore ſolutionis, ſive nach der Verfallzeit, *juxta §. noſtr. XXXII.* Si igitur certus dies ſolutionis expreſſus fuerit, ab eo quoque computatio inſtituenda. MARTIN. *ad O. P. S. T. XI. §. 7. n. 182. & §. XIV. Ord. Camb. verb.* Die Wechſel-Brieffe aber ſo in und auſſer denen Meſſen ꝛc. Sed a quo tempore in literis cambialibus, uti vulgo dicunt a Uſo, auf Sicht oder Nachſicht, a dato, a Viſta, & medio menſe, juxta Ord. Camb. Lipſ. præſcriptionis computatio initium capiat, in ſequentibus ea, qua fieri poterit brevitate, demonſtraturi ſumus. In literis enim cambialibus a Uſo hic Lipſiæ poſt quatuordecim demum dies, a die poſt acceptationem computandos, incluſis diebus feriatis, terminus ſolutionis venit, quo finito etiam præſcriptionis curſus incipit. §. *XV. verb.* Was anfängl. den Uſo der Wechſel-Brieffe betrifft ꝛc. In literis cambialibus e contra vulgo auff Sicht oder Nachſicht datis quidem a die poſt acceptationem, computatis quoque diebus feriatis, non poſt quatuordecim dies, ſed finitis illis in cambio expreſſe determinatis diebus ſolutionis terminus venit, adeoque demum hoc præterlapſo præſcriptio initium capit. vid. *all. §. XV. verb.* Gleichergeſtalt auch bey denen Brieffen, ſo auff etliche Tage Sicht oder Nachſicht lauten ꝛc. quod ſequenti Exemplo illuſtrari poterit. Quod ſi Cajus ad Sempronium dederit

derit literas cambiales, ut Ariſtippo ſolvat poſt dilationem 3. vel 14. dierum vulgo Sicht oder Nachſicht, certam pecuniæ ſummam, Sempronius quoque 1. die Sept. easdem ab Ariſtippo præſentatas acceptaverit, qværitur: qvinam dies an 3. vel 14. an vero 4. vel 15. dies Sept. pro termino ſolutionis ſit habendus? & reſpondetur 4. vel 15. diem ejusdem menſis pro termino ſolutionis definiri debere, dies enim acceptationis non computatur, cum expreſſe in §. all. XV. Ord. Camb. Lipſ. proſpectum ſit, demum a die poſt acceptationem factam computandum eſſe; hinc quoque ſequitur, quod non prius, quam finitis iſtis 4. vel 15. diebus præſcriptionis curſus locum inveniat. Aliter vero iterum ſeſe res habet in cambio a dato, vel nach dato exhibito, ibi enim fatale ſolutionis non a die acceptationis, quemadmodum in cambio a Uſo, & auff Sicht oder Nachſicht fieri ſolet, ſed potius a proximo ſubſequenti die, quo cambium ſcriptum fuit, eſt computandum §. *XV. verb.* Wenn der Brieff a dato &c. per conſequens quoq; præſcriptionis initium in eo non prius quam præterlapſo illo die ſolutionis in cambio expreſſo locum obtinere poterit. Quid vero de literis cambialibus a Viſta vel ſtracks Auffſicht nominatis dicendum erit? Cum eæ ſtatim facta præſentatione & in continenti ſubſecuta acceptatione, vel ad minimum intra proximas 24. horas ſolvi debeant ſecundum §. all. XV. verb. Wenn der Brieff a Viſta oder ſtracks Auffſichts lautet, omnino etiam exiſtimarem finitis iſtis 24. horis ſtatim præſcriptionem currere. Denique etiam notandum, quod ſi in cambio certus ſolutionis dies

 defi-

definitus non fuerit, ſed ſaltem ſcriptum, e. g. medio Februario, medio Septembri ſolutionem præſtari debere, tunc Sereniſſimus Legislator 14. diem ejusdem menſis pro termino ſolutionis nominavit, prout apparet ex ſæpe *cit. Art. XV. Ord. Camb. Lipſ. verb.* Ein Brieff ſo medio Februario, medio Septembri &c. hincque fatale præſcriptionis quoque poſt eum diem & hinc a die 15. erit computandum.

§. XLII.

*De Termino præſcriptionis a quo in cambiis nundinalibus.*

Cum itaque ſermo inſtitutus fuerit de termino, a quo incipiat præſcriptio in cambiis a Uſo, auff Sicht oder Nachſicht, a dato, a Viſta, & eis, quorum ſolutio medio menſe fieri debet, nunc de Termino a quo præſcriptionis in cambiis nundinalibus ſermonem inſtituamus. Unicuique autem notum eſt, in cambiis nundinalibus Lipſienſibus regulariter nullum certum ſolutionis diem, ſed tantummodo nundinas, quibus ſolvi debent, definiri ſolere. Qua occaſione inter DD. ambigitur, quo die terminus e. g. in nundinis Paſchalibus ſolutioni conſtitutus initium capiat; & quidem ratio ambiguitatis exinde provenit, quod Dn. Scabini Lipſ. in Reſponſo ad Judicium Mercatorium Menſe Octobr. 1704. exiſtimarint, primo ſtatim die ſeptimanæ alias ſolutionibus deſtinatæ ad remittendas literas cambiales debitorem adigi poſſe, ubi inter alia: Will zweiffel vorfallen, ob wenn ein Wechſel-Brieff auf einen Meſſe indefinite ohne Benennung eines gewiſſen Tages ausgeſtellet, der Inhaber deſſelben den Schuldner auch Montags, Dienſtags oder Mittwochs in der

der Zahl-Woche daraus mit Beſtande belangen könte? Ob nun wohl in der hieſigen Wechſel-Ordnung Art. XIV. enthalten, daß der Donnerſtag in der Zahl-Woche, oder wenn im Neu Jahrs-Marckte die Meſſe ſich nicht auff den Sonntag anhebet, der fünffte Tag in der Zahl-Woche, eingerechnet den Tag, da nach Ablauff der erſten Woche der Marckt ausgeläutet, zur Verfall-Zeit der endlichen Bezahlung und Proteſte deputiret ſeyn, und biß um 10. Uhr auff den Abend die Proteſte der Wechſel-Brieffe paſſiren, nach 10. Uhr aber keine Proteſte mehr angenommen werden ſollen, und daraus geſchloſſen werden möchte, daß der Debitor in den erſten Tagen gedachter Zahl-Woche zur Zahlung wieder ſeinen Willen nicht angehalten werden könne. Dieweil aber dennoch ſo wohl dieſer Articul der Wechſel-Ordnung, als auch der darinne angezogene locus des Churfürſtl. Sächß. gnädigſten Reſcripts von 4. Sept. 1699. eigentl. nur dieſe Frage decidiret, wie lange wegen der Zahlung oder auch mit dem Proteſt ohne Verantwortung nachgeſehen werden könne, keinesweges aber die Quæſtion, wenn und welches Tages der Creditor ſich des Wechſels-Rechts zu gebrauchen, oder wieder ſeinen Debitorem zu klagen befugt, erörtert, maſſen denn vielmehr zugleich verordnet, daß auff den erſten und folgenden Tag der Zahl-Woche ſo wohl per Scontro als per Caſſa die Zahlung zu thun frey ſtehen, welches aber

w nn nicht dieſe Tage über die Exaction zugelaſſen, füglich nicht geſchehen könte. So iſt auch der Creditor ſo gleich die erſten Tage der Zahl-Woche, als Montag, Dienſtag, Mittewoche aus dem Wechſel-Brieffe zu klagen wohl berechtiget, und hierunter bey einen traſſirten Wechſel-Brieffe kein Unterſcheid zu machen ꝛc. Quo præſuppoſito fatale præſcriptionis procul dubio computandum foret ab iſto tempore, ſcilicet primo ſtatim die ſeptimanæ ſolutionibus deſtinatæ. Verum enim vero cum dies ſolutionis cambiorum in nundinis Paſchalibus & St. Michaelis inter mercatores dies Jovis ſeptimanæ ſolutionibus deſtinatæ, nundinis novi Anni autem qvinta dies ejusdem hebdomatis, incluſo die, qvo, præterlapſa prima nundinarum ſeptimana, nundinæ per campanæ tinnitum fuerunt finitæ, per expreſſa verba *Art. XIV. Ord. Camb. Lipſ. & Reſcr. El. d. 4. Sept. 1669. Art. 2. verb.* Nachdem die Handels-Leute ꝛc. ad faciendam ſolutionem definitus fuerit, merito ab ipſo & qvidem ab hora 10. veſpertina menſtruum vel annale præſcriptionis ſpatium, cum de momento in momentum currat, CARPZ. *P. I. C. 16. Def. 8. n. 4.* numerandum eſſe eo magis arbitror, cum quoque in cauſa A. G. A. contra Ch. K. coram Jud. Merc. Lipſ. Ann. 1698. ventilata, ita pronunciatum eſſe viderim.

## §. XLIII.

*Qvomodo* Sed ſi nundinæ prorogatæ fuerint, qvæſtio oritur

tur: an terminus præſentationis, acceptationis & ſolutionis literarum cambialium, qvæ ad eas nundinas fuere directæ, ſecundum ordinarium nundinarum tempus, an vero ſecundum prorogatum obſervari, & a qvo tempore fatale præſcriptionis computari debeat? Omnino prorogatis nundinis cenſentur etiam termini præſentationis, acceptationis & ſolutionis prolongati eſſe, & hinc debitor non prius qvam prolongato illo termino ſolutionis cambium ſolvere tenetur, nec etiam creditor aut præſentans inde ſentit præjudicium, cum ante illud tempus ſolutionis propter non factam ſolutionem proteſtum elevare non potuerit. Nihilominus tamen debitoris arbitrio relinqvitur, an, non obſtantibus nundinis prorogatis, cambium ordinario ſolutionis termino ſolvere velit, cum illud ſine omni damno ac præjudicio facere queat, qvemadmodnm nos *Art. XXIX. Ord. Camb. Lipſ.* docet: Wenn ein Marckt prorogiret worden, ſo mögen alle Wechſel⸗Briefe, es mögen eigene oder andere ſeyn, die auf ſolchen Marckt dirigiret, und nicht eher acceptiret werden wollen, als biß der Marckt würcklich angegangen, ohne Gefahr und Proteſt biß dahin nicht allein verſparet, ſondern, wenn auch gleich proteſtiret worden, ſoll dennoch dadurch keinem Theil das geringſte nicht præjudiciret werden, jedoch liegt dem Inhaber ob, ſeinen Mann davon zu aviſiren, oder auch nach Belieben den Wechſel⸗Brief gar wieder zurücke zu ſenden, und ſoll der Debitor dem Creditori wegen des intereſſe pro rata der Zeit gebührende Vergnügung leiſten. Wolte aber jemand der pro-

*currat fatale præſcriptionis nundinis prorogatis.*

prorogation ohngeacht die Tratten auf ſonſt gewöhnliche Zeit reſpectiren/ demſelben bleibet ſolches nichts deſtoweniger ohne alle Gefahr ungewehret. Ex his itaqve adductis conſtat, qvod tali caſu præſcriptionis fatale demum poſt illum prorogatum diem ſolutionis initium capiat.

## §. XLIV.

*Die ſolutionis prorogato, præſcriptio ab hoc die finito currit.*

Si vero nundinæ non fuerint prorogatæ, ſed ſaltem dies ſolutionis, tunc qvidem ratione præſentationis & acceptationis nihil mutatum, ſed tantummodo dies ſolutionis prolongatus cenſetur; atqve tunc proteſtatio propter non ſubſecutam ſolutionem, non prius quam illo prolongato die locum invenit, ac per conſeqvens quoque præſcriptionis computatio demum finito illo die ſuſcipienda erit. Extitit talis prolongatio nundinis hyemalibus præteriti anni 1710. in quibus ultimus ſolutionis terminus cambiorum in diem dominicam incidebat, ubi per Regium Reſcriptum ad Senatum Lipſienſem d. 30. Decembr. A. 1709. ad inſtantiam Mercatorum Lipſ. emiſſum uſqve ad ſubſeqventem diem prorogabatur.

## §. XLV.

*Dilatione propter certas literas cambiales conceſſa in iis ſolis pro-*

Aliter vero iterum ſeſe res habet, ſi tantummodo propter certas literas cambiales ratione ſolutionis dilatio conceſſa fuerit. Ibi enim non in omnibus, ſed ſaltem in eis, qvorum mentio in ipſa dilatione facta, prorogatus ſolutionis terminus attendendus, atqve in iisdem etiam prolongato ſolutionis die præterlapſo

initium

initium præſcriptionis faciendum: Secus autem in reliqvis. Hinc cum Anno 1703. nundinis Paſchalibus ob mortem Oppenheimeri dies ſolutionis literarum cambialium ab eo dependentium Reſcripto Regio usqve ad octo dies prolongaretur, in iſtis ſolummodo literis, qvæ memoratis nundinis erant ſolvendæ, fatale præſcriptionis ſi deſuper lis mota fuerit, a prorogato tempore computari debuiſſet; minime vero etiam in reliqvis.

*rogatus ſolutionis terminus eſt attendendus.*

## §. XLVI.

Quid vero tunc ſtatuendum, ſi cambium prolongatum fuerit? anne tunc præſcriptionis computatio a priori ſolutionis die, an vero a prolongato ſuſcipienda erit? Intelligitur autem apud mercatores Lipſienſes per prolongationem cambiorum nihil aliud, quam certa dilatio, qua ſcil. cambium renovatur, & novus ſolutionis terminus definitur; ac plerumque a debitore ſequentibus verbis e. g. in cambio, cujus dies ſolutionis in præteritis S. Michaëlis nundinis determinatus fuit, dilatio vero usque ad nundinas hybernales conceditur:

*In prolongato cambio termini prolongationis ratio eſt habenda.*

Prolongirt biß auf bevorſtehende Neu-Jahr-Meſſe 1712. Leipziger Michael. Marckt. 1711. N. N.

Cum itaque novus quaſi videatur initus contractus, haud dubitarē, ſi conſenſu creditoris prolongatio facta fuerit, demum a termino prolongationis præſcriptionem computandam fore; præſumitur autem in hoc negotio creditoris conſenſus interceſſiſſe, ſi a debitore prolongatio cambio adſcripta fuerit, cum debitor alias con-

contradicente creditore iſtius documenti citra ejus conſenſum copiam habere non potuerit.

§. XLVII.

*Nullo vero ſolutionis die expreſſo nulla currit præſcriptio.*

Sed quid ſentiendum de eo caſu, ſi terminus ſolutionis plane in cambio non expreſſus, ſed ſolutio ſaltem ſequentibus verbis promiſſa fuerit: auffs eheſte, oder ſo bald es möglich, prout ejusmodi inſtrumenta obligationum vidi in Actis C. H. contra A. P. & W. contra J. H. B. coram Jud. Mercat. Lipſ. ventilatis, aut alia conditio adjecta fuerit? Tali caſu nunquam debitorem ad exceptionem præſcriptionis provocare poſſe autumo, cum nulla in conditionalibus currat Præſcriptio. GUID. PANCIROLL. *Conſ. 192. n. 8.* JOH. CHR. HEROLD. *Conſ. 30. n. 44.*

§. XLIX.

*Mala fides non impedit hanc præſcriptionem.*

Currit vero iſta præſcriptio continuo, & lapſus temporis ſaltem reſpicitur. Et quamvis etiam debitor in mala fide exiſtat *jx. C. ult. X. d. præſcript.* nihilominus tamen quando lex vel princeps certum terminum actioni præfigit, non ſpectatur an bona, an vero mala fides adſit, nec contra quem agatur, ſed ſaltem termini lapſus attenditur, quem præfigere voluit. GILKEN. *in Tr. d. Præſcript. pr. membr. 1. cap. 3. n. 34.* MEV. *P. II. Dec. 163. n. 8.* SCACCIA. *d. Jure Commerc. §. 7. gl. 7. n. 3. p. m. 486.* præſertim cum præſcriptio ſtatutaria vim pacti habeat, & ideo mala fides ei haud noceat. CÆPOLL. *Caut. 74. n. 1.* Hinc inde JAC. MENOCH. *Conſ. 1144. n. 8.* præſcriptionem vocat, quæ curſu temporis tendat ad tollen-

tollendum jus alteri alias competens. Locum quoque invenit noſtra præſcriptio contra minores, MARQUARD. *d. Jure Mercat. p. 352. n. 66.* quia præſcriptiones, qvæ inducuntur ſtatuto, contra minorem etiam admittuntur. GVID PANCIROLL. *Conſ. 97. n. 21.* ac ſolummodo viæ executivæ, minime vero ordinariæ, præſcribitur. SCACCIA *Tr. d. Jure Comm. §. 7. gl. 7. n. 3. p. 486.* Qviescit tamen tempore belli, ſi revera juſtitium fuerit, atqve Judicis copia deficiat, *Cap. 10. X. de Præſcript.* Qvod, cum ante aliqvot annos Rex Sveciæ has regiones infeſtaret, non exiſtebat, ſiqvidem eis temporibus non obſtante Svecorum invaſione jus diceretur; hinc etiam nemo illud allegavit, nec etiam locum inveniſſet.

## §. XLIX.

*Proteſtationem interrumpere præſcriptionem qvidam aſſerunt.*

Sed qvid dicendum, ſi creditor ob non ſubſecutam ſolutionem mediante proteſtatione a Notario in præſentia duorum teſtium confecta ſibi proſpexerit, annon eo ipſo tutus erit, ut cum effectu contra ipſum præſcriptio opponi neqveat? Ita primo intuita videbatur: Eſt enim proteſtatio utiliſſimum Juris remedium, & ſecundum ALCIATVM *in L. 40. ff. d. V. S.* animi noſtri declaratio, qva in futurum juri noſtro conſulimus, adeoqve ſolet conſervare Proteſtatio jus proteſtantis. CARPZ. *P. II. C. 28. Def. 10. & P. II. Conſt. 2. Def. 6.* RAPH. de TVRR. *Tr. d. Camb. Diſp. II. qv. 13. n. 1.* WERNHER. *Obſ. 79. p. 94.* H RN. *Conſult. Claſſ. IV. Reſp. 9. p. 249.* qvod procul dubio etiam commovit Dn. Scabinos Lipſienſ. ut cum Menſe

Majo 1705. coram Judicio Merc. Lipſ. H. C. E. und Conſ. contra S. L. ex cambio agerent, in qvo terminus ſolutionis jam nundinis Paſchalibus ſeptem ab hinc annis, nempe 1698. præterlapſus erat, Reum in ſententia de publ. d. 15. Jun. 1705. in ſolutionem ſortis una cum uſuris & expenſis condemnarent.

§. L.

*Sed contraria ſententia defenditur.*

At enim vero & Ratio Juris & ſenſus ſtatuti id vix ac ne vix qvidem admittere videntur, ſiqvidem expreſſis verbis §. *XXXII. Ord. Camb. Lipſ.* creditori neceſſitas injuncta, ut intra annum actionem ſuam in Judicium deducat, **doch daß auch ſolche** Production **in Jahr und Tag von der Verfallzeit an geſchehe, und** NB. **der** Creditor **ſeine Klage wieder den** Debitorem **in ſolcher Zeit anſtelle**, hinc nulla ſolida allegari poterit ratio, qvare a verbis adeo claris nulla plane urgente neceſſitate recedamus, Proteſtatio enim neqve Actionis neqve Exceptionis vim obtinet. FRANCISC. CARDIN. MANTIC. *Dec. 204. n. 10.* ac contra diſpoſitionem Juris LVD. GVNTH. MARTIN. *ad O.P.S. T.XIIX. §. 1. n. 131.* & illud, qvod lex ex neceſſitate imponit, nil operatur. SCACC. *Tr. d. Jur. Comm. §. 1. qv. 7. P. II. Ampl. 8. n. 300. p. 212.* ſed ſaltem conſervat jus in actibus meræ facultatis, non item in coactis, cum qvis cogitur a lege qvid facere, tunc enim nihil prodeſt domino CARD. TVSCH. *Pract. Concluſ. lit. P. Concl. 943. n. 8.* minimeqve juri jam quæſito præjudicare poteſt.

DECIS.

DECIS. ROT. GEN. *Dec. 2. n. 5.* imo interpoſita ſuper eo, qvod non dependet a voluntate partium, ſed ex diſpoſitione Juris, proteſtantem non relevat. CARPZ. *Proc. Tit. II. Art. I. n. 106.* GVID. PAPA. *q. 72. n. 2.* quia privatus efficere nequit, quo minus valeant leges *L. 27. ff. d. R. J.* & proteſtatio in literis cambialibus propterea inprimis ſit introducta, ut regreſſum habeat præſentans adverſus traſſantem, ac propterea in propriis literis non requiritur §. 4. *Ord. Camb. Lipſ.* quomodo igitur quæſo actus per ſe fruſtraneus extendi poteſt contra intentionem legislatoris ad effectum interrumpendæ præſcriptionis & ad conciliandam validitatem, cum pro extrajudiciali actu & denunciatione habeatur, cui jura interruptionis efficaciam non tribuunt? CARPZ. *P. II. C. El. 3. Def. I.* JOH. BRVNNEM. *Conſ. 55. n. 12. & Conſ. 126. n. 19. & 91.* Inde fluit Proteſtationem niſi in lege pro ſolennitate requiſitam ad ſubſtantiam actus nihil facere, cum omnis actus ſecundum id, quod in ea quoque regione uſitatum, æſtimari debeat, BRUNNEM. *Conſ. 87. n. 23.* actusque, cujus forma non eſt obſervata, ſit nullus; NICOL. EVERHARD. *Conſ. 24. n. 15.* ſicuti etiam jus omiſſa non tollit, quemadmodum adhibita non tribuit. DAV. MEV. *P. I. Dec. 14. n. 4.* Quæ igitur facienda, juſto & præſcriptio modo expedienda, cum nihil cenſeatur actum, ubi aliquid ad agendum ſupereſt. FRID. PRUCKMANN. *Vol. 2. Conſ. 21. n. 60.* in talibus præſertim negotiis, quæ certum & ſpecificum quid requirunt. CHRIST. BESOLD. *Conſ. Tubingenſ. XIV. n. 2.* Hinc actus iſte proteſtationis tan-

quam ſuperfluus & fruſtratorius, quem Jura fieri nolunt, BRUNNEM. *Vol.1. Conſ.27.n.47.* nullum juris effectum in præſenti caſu ſortitur, adeoque pro non facto cenſetur. NICOL. EVERHARD. *Conſ.39. n. 2.* ut taceam proteſtationem præſcriptionem annalem non impedire. CARPZ. *P. II. Conſt. El. 3. Def. 1. & Dec. 34. n. 1. jung. Dec. 223.* nec contra ſtatutum aliquid operari. BRUNNEM. *Proc. T.14. n.18. p.m.140.* imo in §. noſtro expreſſe ſancitum eſſe, cambiorum præſcriptionem etiam proteſtatione interpoſita nihilominus currere, his expreſſis verbis: **es ſey** proteſt**iret oder nicht.** Huncque in modum hoc tempore in Scabinatu Lipſ. pronunciare ſolent, prout factum memini in caſu D. F. contra C. C. Menſe Octobr. 1708. **Daß Bekl. auf die erhobene Klage, immaſſen ſie anbracht, ſich einzulaſſen nicht ſchuldig.**

L I.

*Currit etiam præſcriptio Reſcripto moratorio impetrato.*

Notiſſima etiam Juris regula eſt, quod non valenti agere nulla currat præſcriptio. *L. 1. §. fin. C. d. Ann. Exc. & L. fin. C. d. Temp. in int. reſtit.* CARPZ. *d. jur. fœm. dec. 7. th. 9. n. 8.* MEVIUS *ad J. Lubec. Lib. 1. T. 8. Art. 1. n. 32. p. m. 246.* BRUNNEM. *Conſ. 161. n. 67.* NIC. EVERH. *Conſ. p.m. 378. n. 4.* PROSPER. FARIN. *Deciſ. Rot. Rom. Deciſ. 742. n. 3.* OTT. TABOR. *in Oper. ſuis Vol. II. p.m. 592. th. 5.* SCHILT. *d. Renunc. P. II. pag. 375. & 376.* SCHWENDEND. *ad Eckolt. p m. 205. & 206. n. 1.* HORN. *Conſ. & Reſponſ. Claſſ. X. Reſp. III. p. m. 557. & Reſp. IX. p. 568.* Hinc quæritur: Si debitor moratorium obtinuerit vel ſaltem ex-

extraxerit Reſcriptum Regium, admiſſionem Arreſtorum perſonalium & realium prohibens, aut quoque concurſus moveatur ſuper bonis debitoris, interea vero temporis preterlabi patiatur creditor annale iſtud ſpatium, an jus ſuum cambiale perdidiſſe aſſerendum? Ita merito opinor ob claram §. XXXII. diſpoſitionem, requirentem, daß binnen Jahr und Tag der Creditor ſeine Klage wieder den Debitorem in ſolcher Zeit anſtelle. Ex quibus inferre licet, qvod lex alicui ſub comminatione amiſſionis jurium præſtandum injungens eo omiſſo quoque ſecum trahat amiſſionem. Inquis vero, quomodo actio poſſit inſtitui, cum, impetrato qvinqvennali, Judici manus ita ligatæ ſint, ut adverſus debitorem procedere eumque ad ſolutionem jure cambiali adigere nequeat? Sed reſpondetur: Aliud eſt agere cum effectu ad impetrandam ſolutionem, aliud inſtituere actionem ad interrumpendam præſcriptionem. Prius omnino impediunt moratoria, prout non ita pridem in cauſa A. contra W. it. P. N. contra F. & K. contigiſſe recordor; poſterius vero ſimpliciter requirimus, ſi quis Ordinationi Camb. ſatisfeciſſe putari velit; adeoq; ſi Creditor intra annum non propoſuerit libellum coram Jud. Merc. Lipſ. negligentiæ ſuæ damnum poſtmodum ſentiet, cum hic ſaltem de conſervatione documenti agatur, cui fini poſſeſſor debitam nihilominus diligentiam adhibere tenetur Conf. ANTON. de FRIEDENBERG *de Reſcript. morator. Concl. 58.* quem in modum quoque Dn. Scabini Lipſ. Menſe Febr. 1699. ad conſultationem Mauritii Güldnern zu Leipzig reſpon-

ſponderunt: Hat Cajus Sempronio drey unterſchiedene Wechſelbrieffe Oſter-Marckt 1697. zu bezahlen, und zwar den einen auff 2000. Thl. hoch ausgeſtellet, und hierüber ihm vor 4000. Thl. Effecten zu ſeiner Verſicherung gegeben, darüber er einen Schein untern dato den 22. Jun. obbeſagten Jahres ausgeſtellet, darinnen er nicht allein den Empfang der Waaren, und daß ſie Cajo zuſtändig bekennet, ſondern auch auff iedes Bezahlen obgemeldter Wechſelbrieffe demſelben iederzeit ſo viel Effecten ohne einige Exception und Vorenthaltung, auszuantworten ſich verbunden. Als nun Cajus zur Verfallzeit die Wechſelbrieffe nicht eingelöſet, nnd wie er durch Raub, Diebſtahl und andere Unglücks-Fälle iu Schaden kommen, zu ſeiner Entſchuldigung angeführet, auch endlichen, daß die verpfändeten Waaren nach und nach verkauffet, und das Geld auff Abſchlag an Zahlungs ſtatt behalten werden möchte, abſonderlich bewilliget, hat Sempronius nach Wechſel-Rechte wieder Cajum zu verfahren angeſtanden, dargegen dieſer anitzo von ihm die Extradition der Waaren ſuchet, untern Vorwand, daß, weil die Wechſelbrieffe innerhalb Jahres-Friſt nach der Verfallzeit nicht produciret, noch daraus Klage angeſtellet worden, ſolche vor erloſchen zu achten, nnd ihr wollet, ob nicht Sempronius wieder angeregte Klage derer von Cajo ausgeſtellten Wechſelbrieffe ſich gebrauchen, oder doch allenfalls aus dem über die verpfändeten Waaren ertheilten Schein ſub ☽ den darauff gethanen Vorſchuß

ſchuß, daß ſelbiger vor allen Dingen zu erſtatten be-
haupten könne, berichtet ſeyn. D. n. w. Sempronius anführet, daß er auf Caji vielfältig beſchehenes Anſuchen, aus den Wechſelbrieffe zu klagen angeſtanden, auch cum effectu ſolches nicht thun können, weil derſelbe ein moratorium von hoher Landes-Obrigkeit erhalten, und um des willen bereits andere Creditores, wenn ſie ihn belanget, mit ihren Klagen abgewieſen worden, dannenhero, da dißfalls ein impedimentum juris obhanden geweſen, die præſcription, wodurch ſonſt derer eigenhändigen Wechſelbrieffe Valor erliſchet, ihm nicht entgegen zu ſetzen ſey, worzu kömmet, daß allhier aus dem Wechſelbrieffe nicht geklaget wird, ſondern dieſelben nur exceptive gebrauchet werden wollen, die Exceptiones aber ihrer Natur nach perpetuæ und der præſcription gleich denen Actionibus nicht unterworffen ſind. Im übrigen, weil dasjenige, was Sempronius wieder Cajum der angeſtellten Action halber zu opponiren gemeynet, eigentlich in dem negotio cambiali, und denen darüber ausgeſtellten Wechſelbrieffen gegründet iſt, daß obangeführter præſcription halber, wenn ſolche darwieder ſtatt findet, die Forderung ſelbſt und daher zuſtehende Exception gäntzlich hinweg fallen müſſe, es das Anſehen gewinnet. D. a. d. die hieſige Wechſel-Ordnung §. XXXII. klar beſaget, daß ein eigenhändig ausgeſtellter Wechſelbrieff in Jahr und Tag von der Verfallzeit an produciret, und die Klage wieder den Debitorem angeſtellet werden ſolle, und wenn ſolches

nicht

nicht geſchiehet, ſo denn dieſelbe gantz und gar erloſchen, und der Debitor dem Creditori ferner daraus etwas zu bezahlen nicht ſchuldig ſeyn ſolle, welches Sempronius nicht beobachtet, und, daß auff des Debitoris Anſuchen die Klage unterblieben, theils aus denen Wechſelbrieffen nicht zu erkennen, theils auch ſolches als eine Exception, um welcher willen ſelbige vor verloſchen nicht geachtet werden ſolle, in angezogener Wechſel-Ordnung nicht zu befinden, das moratorium aber daher in keine Conſideration kommen kan, weil anitzo nicht die Action ſelbſt, ſondern nur der Valor inſtrumenti præſcribiret worden, und nichts deſtoweniger innerhalb der geſetzten Zeit die Wechſelbrieffe nach Erforderung der Wechſel-Ordnung gerichtlich produciret, und zu dem Effect, daß ſolche nicht vor erloſchen geachtet würden, Klage daraus angeſtellet werden können, dannenhero auch, und da die præſcriptio annalis das vinculum obligationis keinesweges angehet, ſondern wenn dieſe aus einem andern Document oder ſonſten beyzubringen, der Debitor Zahlung zu leiſten allerdings verbunden bleibet, die wieder die Wechſelbrieffe gültige Exception der Forderung ſelbſt nicht im Wege ſtehet, auch allhier Sempronius in dem Document, daraus Cajus wieder ihn Klage erhoben, zur Reſtitution der Effecten anderergeſtalt nicht, als wenn die Wechſelbrieffe bezahlet, ſich obligiret, dieſemnach die Exception daraus ſo fort erſcheinet, und keine Obligatio pura vorhanden, ꝛc. So möchte zwar Sempronius obberührte Wechſelbrieffe wieder

Cajum

Cajum weiter nicht gebrauchen / ſondern dieſelben vor erloſchen geachtet / nichts deſtoweniger aber / daß er die Waaren eher nicht / als biß die in demſelben enthaltenen Poſten bezahlet / auszuantworten ſchuldig / aus dem darüber ausgeſtellten Schein ſub D. wohl behauptet werden V. R. W. Notabilis quoque hac de materia eveniebat caſus Ao. 1709. coram Judicio Mercat. Lipſ. ubi H. W. D. & C. W. actionem cambialem contra G. L. D. inſtituebant ex literis cambialibus, in quibus ſolutio promiſſa fuerat nundinis Paſchalibus Ao. 1698. Reus potiſſimnm exceptione præſcriptionis tanquam fortiſſimo clypeo ſe muniebat, & quanquam Actores replicabant, Reum impetraſſe moratorium Regium, ipſisque proinde non integrum fuiſſe actionem movere, interim ſe curaſſe, quod citatus fuerit Debitor, citationi vero tribui *in T. V. Ord.* Mercat. Lipſ. effectum interruptionis; tamen abſolvebatur Reus in ſententia deſuper lata & d. 1. May 1709. publicata: daß Bekl. auf die erhobene Wechſel-Klage ſich einzulaſſen nicht ſchuldig. Nec quoque Actores favorabiliorem obtinebant ſententiam, licet remedio ſuſpenſivo ſibi conſuluerant, præſertim cum ex moratorio in copia vidimata ad Acta relato appareret, indultum conceſſum Ao. 1698. usque ad quinque annos, adeoque jam Ao. 1703. finitum fuiſſe.

§. LII.

*Semel producto cambio cum libello Arreſtatorio*

In Concurſu Creditorum, ſi ſemel productio literarum cambialium cum libello Arreſtatorio facta fuerit, ſalvum integrvmque manet creditori jus cambiale in perpetuum, nec opus eſt reſervatione ſpeciali, ut a-

*non opus eſt reſervatione.*

deo Advocati, qui expreſſis verbis non reſervatione facta in ſententia deſignatoria mediante Leuteratione declaratoriam petant, vel lucri cupiditatem vel ignorantiam ſuam prodere videantur.

§. LIII.

*Recognitione cambii facta actio fit perpetua.*

Sic quoque in ſequenti caſu, quando ab Actore cambialis actio coram Jud. Merc. Lipſ. contra Reum inſtituta atque literarum cambialium recognitio petita, eaque a Reo peracta fuerit, ſed Reus forſan vel per conniventiam Actoris vel etiam ob aliam cauſam ſtatim ad exſolvendam debitam ſummam non cogatur, ſed potius non obſtante recognitione iterum e Judicio dimittatur, Actor vero interea temporis recognitionem ab adverſa parte factam non proſecutus fuerit, tunc non noſtram ſed potius 40. annorum præſcriptionem, cujus mentionem fecit *L. fin. C. d. præſcr. 30. vel 40. ann.* locum invenire exiſtimem; per allegatam enim legem, actiones ex mutuo ſimileſque per litis conteſtationem redduntur perpetuæ, & durant itaque ſecundum memoratam legem per 40. annos. Cum itaque in præſenti caſu per recognitionem virtualis litis conteſtatio interceſſiſſe videatur, merito quoque præſcriptio illa 40. annorum erit admittenda.

§. LIV.

*Noſtra præſcriptio reſtringitur ad cives Lipſ. mercatores.*

Ea vero, quæ his in paginis de præſcriptione cambiorum monere voluimus, ſolummodo Lipſiæ & quidem ſi Reus exiſtat mercator, non vero etiam extra Lipſiam in reliquis Saxoniæ ditionibus, imo ne quidem inter ipſos cives non mercatores ejusdem civitatis obſervantur, ſed potius tunc contra cambium

ordina-

ordinarius præſcriptionis terminus exigitur. MEV. *Conſil. poſthum. c. 1. n. 18.*

§. LV.

Sed quid tunc erit ſtatuendum, ſi debitor partem debiti cambialis ſolverit, anne tuc per eam ſolutionem præſcriptio interrupta cenſenda erit? Etreſpondetur, quod non. Cum enim in §. *noſt. XXXII. Ord. Camb.* neceſſario requiratur, quod intra menſtruum Traſſatum, intra annale ſpatium vero Proprium cambium producatur, & actio in Judicium deducatur; Hoc vero ab Actore omiſſo, partialem ſolutionem debitoris Actorem ab exceptione præſcriptionis liberare non poſſe, arbitror. Hinc cum coram Judicio Mercatorio Lipſ. A. 1685. Z. D. Judæus Hamburgenſis contra alium Judæum L. L. ex cambio ageret, Reus vero exceptionem præſcriptionis opponeret quia cambii producti terminus ſolutionis jam nundinis Michaelis 1683. præterlapſus fuerat, Actor vero replicaret, Reum interea temporis partem debiti ſolviſſe, & ita præſcriptionem interruptam eſſe, eumq; debitum de novo agnoviſſe; nihilominus tamen a Dn. Scab. Lipſ. eod. A. Menſe Majo pronunciabatur: **Daß Beklagter auf die erhobene Klage ſich einzulaſſen nicht ſchuldig.**

*Partialis ſolutio præſcriptionem non interrumpit.*

§. LVI.

Quanquam etiam alias literæ cambiales ad compenſationem adhiberi poſſint, tamen in præſenti, cum præſcriptæ fuerint, illud quoque fieri non poterit; imo licet quis coram alio Judicio quam Mercatorio Lipſ. conveniatur. Nam ſemel plane ſunt extinctæ: Quæ vero non proſunt ad agendum, nec prodeſſe poterunt hoc caſu ad excipiendum. *a. L. 1. ff. d. except.*

*Literæ cambiales præſcriptæ compenſationi non inſerviunt.*

§. LVII.

*Exceptioni præſcriptionis renunciari poteſt.*

Ultimo denique quæritur: an Exceptioni præſcriptionis renunciari queat? Quidam DD. *arg. L. 1. ff. de Uſucapion. & L. 55. ff. de Legat. I.* defendere cupiunt, præſcriptioni plane renunciari non poſſe. Conf. CÆPOLL. *Tr. d. Caut. Contr. Caut. 94. n. 1. & 2. & Caut. 100. & 109. n. 1.* THOENIKER. *Advoc. prud. in foro Civil. p. 93.* GAIL. *l. 2. Obſ. 18. n. 2.* At enim vero cum unusquisque juri pro ſe introducto valide renunciare poſſit, ac nihil uſitatius ſit in negotio cambiali, quam, ut feriarum nundinarum exceptioni ſpecifice in cambio renuncietur, ſane non video, cur ei non quoque renunciari queat, modo ſpecifice ejus mentio in cambio facta fuerit. *a. L. 4. ff ſi quis Caut. in jud.* Conf. DN. STRYK. *in Caut. Contr. S. I. c. 5. §. 25. & S. II. c. 8. §. 57.* PIRHING. *ad Decretal. d. Præſcript. n. 8. p. 492.*

§. LIIX.

*Concluſio.*

Variæ adhuc haud exiguæ hac de præſcriptione cambiorum ventilandi gratia proponi poſſent quæſtiones; cum tamen animum in præſenti non Tractatum hac de materia, ſed tantummodo Diſſertationem conſcribere induxerim, dicta ſufficiant, aptiori tempore forſan plura hac de materia pertractaturi. In præſentiarum itaque terminum Diſſertationi meæ præfigere volui, Summo Numini pro conceſſis in elaborando viribus perpetuas perſolvens grates, illudque obnixis precibus efflagitans, ut in poſterum quoq; conatus meos divina ſua clementia adjuvare velit, Lectorem autem Benevolum, ut qualia qualia his in paginis a me propoſita benigno excipiat animo, ea, qua par eſt, obſervantia rogans.

Leipzig. Diss., 1711

ULB Halle 3
004 708 792

f

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0097-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0098-8

Pri:22. 56.
69.

…ATIO INAUGURALIS

DE

1711,7a

# …IA ET ANNALI …RIPTIONE LITE- …M CAMBIALIUM,

*…S. XXXII. Ord. Camb. Lipſ.*

QUAM

*…X DECRETO*

*…I JCTORUM ORDINIS*

…ADEMIA LIPSIENSI

# …LICENTIA,

…TROQUE JURE HONORES

…APESSENDI

*…IX. OCTOBR. ANNO MDCC XI.*

… SOLENNI DISQUISITIONI

SUBMITTET

…S WILHELMUS KÜSTNER,

*LIPS.*

…PIS FLEISCHERI.

KOENIGL. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-342875-p0099-7